DUKE
UNIVERSITY

DIVINITY SCHOOL
LIBRARY

Digitized by the Internet Archive
in 2023 with funding from
Duke University Libraries

https://archive.org/details/syntagmadegraeca01wowe

IOANNIS WOVVERI

SYNTAGMA

E GRÆCA ET LATINA BIBLIORVM INTERPRETATIONE,

NVNC PRIMVM IN LVCEM EMISSVM

Ex bibliotheca

GEVERHARTI ELMENHORSTI.

HAMBVRGI
Apud MICHAELEM HERINGIVM.
ANNO CHRISTI ϖ. IↃ. CXVIII.

Bibl. R
220.47
W938S

LARISSIMIS ET VNDECVNQVE
DOCTISSIMIS VIRIS

IANO GRVTERO I. C.
erenis. Principis Palatini Consiliario
& Professori &c.

DANIELI HEINSIO,
otentissimorum Ordinum historiographo &
Professori &c.

IOANNI MEVRSIO I. C.
& græcæ historiæ Professori.

Gemmis Belgarum

SYNTAGMA WOWERIANVM

cum amore, cultu, obsequio,
offert consecratq;

EDITOR.

VITA
IOANNIS VVOVVERI.

IOANNES VVOVVERIVS natus est Hamburgi honestissimis parentibus VI. Eidus Martij Anno Christi ∞. Io. LXXIV. Puer primaliterarum stipendia in scholâ patria fecit, quam tunc magnâ cum laude vir eruditissimus VVARNERVS ROLEVINCIVS moderabatur. Annum agens XIIX. à patre Leydam ablegatur, ubi quinq; solidos annos permansit, sectatus amoëna literarum & antiquitatis studia. Coluit ibi conjunctionem gratia cum Clmis viris IANO GRVTERO J. C

DOVSIS

Dousis, Vulcanio, Mervla, Heinsio, Mevrsio, Scriverio, Slienbvrgio, & quem primo loco nominare debui, magno Scaligero, cui etiam impurißimum ſcriptorem purißimæ latinitatis dedicavit. Inde in Galliam profectus familiariter innotuit viris ſummis Claudio Puteano, Franciſco Pythæo, Jacobo Bongarſio, Petro Danieli, Iſaaco Caſaubono, Dominico Baudio, Theodoro Marcilio, & admodum reverendo viro Guittardo Ratæo Epiſcopo Mompelienſi, cui Sidonium Apollinarem inſcripſit. Poſtea iter in Italiam capeßit, illicq; biennium exegit, propter exellentis ingenij dotes principibus, Cardinalibus, & Rotæ auditoribus admodum charus & æſtimatus, quorum opera etiam ſæpenumero ad ipſum

Pontificem Romanum aditus ei patuit qui benignè hominem amplexus est, honestoq; stipendio alere voluit: cujus preces prætextu adversæ valetudinis blandâ aversatione sapienter repulit. Ex longa peregrinatione domum redux, ea studia quæ juvenis tractaverat, studiosè recoluit, publicavitq; Minutium Felicem, Firmicum, Panegyricũ ad Regem Daniæ, Apulejum, Notas Epidicticas in Tertullianum, librum de umbra, & Polymathiam *opus operosissimum, & quo ad eruderandum animum ab insciticæ vepretis à multis retrò annis nullum prodijt utilius. Non longo post intervallo à generoso Comite Frisiæ Ennone ad munus Consiliarij honestè evocatur; cuius nomine quoq; pro pacificatione Embdana, Hagam Comitis legationem susçepit.*

epit. Deinde propter crebras eruptiones Embdenſium cum junioribus Comitibus in Holſatiam ad illuſtriſſimum Principem IOHANNEM ADOLPHVM mittitur, quem unico congreſſu, ſuadelâ ſuâ & doctiſſimis moribus ita totum cepit, ut antequam ab illo diſcederet, ſe valedicturum Comiti Embdano, & ipſi operam daturum ſub juramento compulſus fuerit promittere. Ornatur igitur à prædicto Principe titulo Conſiliarij, nihilq; magni momenti geritur, cui non ſagax ille & prudens temporum obſervator, adhiberetur. Meruit etiam hac ſuâ diligentiâ præfecturam arcis Gottorpianæ (ſplendidæ imprimis dignitatis iſta eſt adminiſtratio, nec niſi nobiliſſimis Holſatiæ datur) quam cum laudabiliter per tres annos adminiſtraſſet,

set, incidit in morbũ lentum ac graven
qui eum quotidiè erogavit, & sensim
contabefecit. Sentiens igitur sibi adess
fatalem & suam horam, accersiri jussi
sacerdotem, factaq; ritè exomologesi, &
sacro viatico suscepto, placidè & lenite
expiravit. Anno Christi ∞. Iↄ. CXII
III. Kal. Aprilis ætatis suæ XXXIIX
non sine Illustrissimi Principis sui deside
rio, cuius jussu Slesvvigæ in templo ma
jori honorificentissimè tumulatus est
Ipsius monumento ipse voluit ut hæc sal
tem verba inscriberentur:

HIC. SITA. SVNT. OSSA.
IOANNIS WOWERI.



Scri

SCRIPTA AB ILLO EDITA.

Arbiter Petronius cum Notis.
Sidonius Apollinaris.
De cognitione veterum & novi orbis.
Minutius Fœlix.
Firmicus.
Apuleius.
Panegyricus ad regem Daniæ.
Polymathia.
Notæ Epidicticæ in Tertullianum.
Liber de umbra.
Syntagma de Bibliorum interpretatione.
Epistolæ ad diversos.

Desiderantur.

Encomium Asini.
De amore Socratico.
Notæ in Ciceronem.
Elementa politica.
Commentaria in Tertullianum.
De Officio boni civis.
De officio boni Senatoris.
De officio veri Iurisconsulti.
De immortalitate animæ.
De studijs veterum *opus eruditissimum.*
De crimine Majestatis.
De magistratibus Romanis.
De publicis iudicijs & pœnis.
De Tyrannide.
De vera Philosophia.
Della ragion di stato.

IANI GRVTERI I. C.
& Professoris Heidelbergensis
Carmen in
IOANNEM WOVVERIVM.

Matre, WOVVERI, cadentem te Minerva arcto sinu
Excipit, novemquè Musæ mollibus deintegunt
Fascijs, Charisq; melle Gnydio os rude imbuit:
Hic erit nobis alumnus singularis, hic erit
Mysta rarus, quiq; centum præstet unicus vices.
Sic Athena, Gratiæq;, sic Moneta pignora
Ominabantur, recenti plus quam onustæ gaudio.
Et quidem huic & bis fuisti deditus tenerrimè
Per decem decemq; brumas. Verum ut inquies Honos
Visus est palam tibi, ut q; visa Majestas palam est;
Gemmeo splendore captus, captus & pompa aurea,
Deseris rupem gemellam, deseris fontes Equi,
Despicisq; cum Cleanthe lene Chrysippi latus.
Ergo te Aula multa honorat, multa adorat, ac sui
Histrionicam favoris explicat larvam, haud minus.
Sic tamen statæ juventæ flore masculo interis,
Teq; nulla honorat Aula, nulla adorat amplius:
Sola, WOVVERI, Tonantis gnata, sola Hiantia
Virgi-

Virgines, sola clienta Cypridos, te haud deserunt
Mortuum; sui ast amoris, ast honoris pristini
Testimonium inclitum Hebes collocarunt atrijs;
Heic ubi inter Eruditos luce fulgebis bona,
Quamdiu exercebit Aula pristinam histrionicam.

ALIVD.

INuida Wowerii genium cum Diva videret,
Præpete Virtutis scandere templa gradu,
Æternumq; decus famæ immortalis apisci
Heroos inter Pieridum titulos:
Iunc, ait, hunc saltem potero prohibere dolorem,
Ne tuus in patria luceat ardor humo.
xtera te capiant minitantibus alta columnis
Atria, suspectas ebria mensa dapes,
urpureosq; ferant curæq; hominesq; timores,
Altius hinc lapsu quo graviore ruas.
æc ea: sed melior mens dia faventis ADOLPHI,
Virtutem stabili dum sinit esse loco.
igeniumque negat varium mutabilis aulæ,
Lubrica ni fiat semita fraude virûm.
rgo, viris, iterum, mors invida fortibus, aulæ
Quem nequeunt artes vertere, vertat, ait.
: medio vitæ, medio deturbat honorum,
Curriculo dignum perpete luce virum.
on tamen & famæ, solvi metuentibus alis,
Quæ florentem hominum docta per ora vehet.

Idque

Idque suo solers juvat ELMENHORSTIVS ausu
Quàm fuit in vivum, tam pius in cineres.
Dum non ossa quidem legit haud inhumata, sed aurei
Acta legit sparsim sedulus ingenij.
Digna legi, atque oculis doctorum digna videri,
Quod magis, atque HEINSI carmine digna car

IOANNES HUSVVEDELIUS,
Professor publicus Rostochi-
ensis. F.

ALIVD.

IANE te severa fatis asperis exercitum,
Et tua non digna passum mentis excelsa i
dole,
Sub suas leges vocavit Parca, flecti nescia,
Qui benigniore certe lucis usurâ frui
Et tuos annos futuro sæculo transcribere,
Debuisses, si morari fata posset invida,
Summa virtus, atq; rerum plurium scientia,
Qua tuum pectus politum sic quidem compleveras,
Inter æquales ut unus omne punctum tolleres.
Sed tamen (quæ dura lex est omnium viventium)
Vindicare te valebat mortis à potentia,
Nulla res, ars nulla, nulla pulchritudo corporis,

Nul

Nulla mentis altitudo quâ super mortalium
igneo curas inanes evolaras impetu.
Nec laborabas placere judici stultißimo,
Qui dat indignis honores, & meris rumoribus
ervit, insano popello: quá solebas impiger
rduis iter propinquum cogitare nubibus
t profana spernere audax vana vulgi murmura.
Qua paratus pene nullus floret orbis angulus,
Quem tuis, haud vilis hospes, calcibus non presseris.
ic labos te, hac summa vivũ JANE *cura exercuit,*
ntequam sublatus arces attigisses igneas.
tamen perambulares cuncta terrarum novo
esexemplo superstes, fecit ELMENHORSTIVS,
: vindex optimarum literarum acerrimus.

HENRICVS VAGETIVS,
D. F. F.

Illustrissimum genus & ingenium.

IOSEPHVS IVSTVS SCALIGER

de emendatione temporum lib. v. fol. 453.

IOANNES A VVOVVEREN

iuvenis mihi propter mores & eruditionem charissimus.

DANIEL HEINSIVS

Potentiss. Ordinũ Hollandiæ historiographus & primarius Professor Leidensis in epistola ad ELMENHORSTIVM.

ACCEPI munus tuum Vir Clariss & epistolã utramque, postquam oberrassent aliquamdiu, quæ & ipsæ maximi loco muneris fuerunt. Tum quod ipsas per se tanti quanti essent faciendæ, quæ à tali amico mitterentur, æstimarem: tum quod nunciarent rem non uno nomine gratissimam. Quippe si qui virtu

rtutes Wovverianas, acre ac divinum genium, iudicium incomparabile, manum animum, neq; tantum capacem literarum, sed qui cum illis quoq; qui hoc rum egissent in Principum aulis & grasimis Reip. negocijs paria faceret, adiratus unquam fuit, ego is fui semper. uo magis gratũ mihi fuit, supremum ius de me iudiciũ, cuius tu verba amisime ad me descripta misisti. *Lugduni t. cIↃ. IↃ. CXIV. Cal. Maij.*

ICOLAVS KELLINCHVSEN

Generosiss. Comitis Frisiæ Consiliarius & iunioribus Comitibus ab instituis,

ad Eundem.

VEhementer laudo V. C. quod Wouvverium posteris narrare, ejusq; imaginem non corporis, sed quæ pulchrior est ntis depingere, tõtiq; orbi spectandam pronere, constitueris. Egregia sanè illa & digna, cujus exemplum tanquam ad speculum suos sque mores componat. Diem verò eius nata- non certò scio: emortualem parentes mei norũt.

norunt. In aulis principum optimam ætatis pa
tem contrivit. nam etiam in Gallijs & in Itali
gratia & favore Illustrium floruit, qui eum i
aulas suas adsciverunt. In Germania verò tot
sex annos aulæ dedit, atque ita abundè experi
est, quid in hoc vitæ genere & mellis & fellis
set. *Auriacæ. XIV. Octob. CIↃ. IↃ. CXVI.*

IOANNES HVSWEDELIVS, PROfessor practicæ Philosophiæ Rostochij ad Eundem.

PIETATEM tuam V. C. in colligend
& edendis WOVVERII nostri epistol
aliisque monumentis satis laudare nc
possum: quæ ita digna sunt quibus à te vita d
tur, quam ipse fuerat, cui servaretur, si divi
voluntati sic placuisset: qui deinceps quod
illa vivant, tibi debebit. *Rostochij*
IX. Febr. CIↃ IↃ CXVII.

IOA

IOAN. WOWERI

DE GRÆCA ET LATINA BIBLIORVM INTERPRETATIONE SYNTAGMA.

Prolegomena.

POstquam lux gratiæ orbi affulsit, nullum maius beneficium divina benignitate contigit, quam ut prodita spiritu sancto oracula in diversas transfusa linguas gentibus proponerentur. Quo factum est, ut Christiana religio totius orbis ambitus facilè occuparet, & ultra solitinera propagata sit; ut gentes regibus & toto penè cœlo disiunctæ in unum mentem coirent, & mollita asperitate in placidos sensus migrarent. Ita providentiæ divinæ opus agnoscimus, quod rex à fide alienus eam interpretationem sacrarũ literarum transmisit, quã

Ecclesia susceptit & retinuit. Nec unq
defuerunt viri excellenti eruditione, c
incensi incredibili pietatis studio in h
laborarunt, ut sacram scripturam mu
to sapore suffusam, gentibus propin
rent. Quorum singuli nationi suæ co
sulere conati sunt. Ita Syram & Ch
dæam interpretationem accepimus.
Arabica etiamnum plurimi orientis p
puli utuntur. Armenam Chrysoston
auctore habuerunt. & Illyricam Hier
nymus exhibuisse dicitur. Sed laudab
hoc studium, ut plerumque solet, qua
vare cæperat, cornua obvertit. Nam
quisque hæresi contaminatus, ita ver
scripturæ intorquebat, ut ad sensus su
eam detorqueret. Alii præposterâ s
mulati pietate, ne nihil egisse videre
tur, tanquam in publico incendio accu
rerunt, ut vel manu aquâ restinguen
ingererent: atque ita inscitiæ suæ vuln
Ecclesiæ inflixerunt. Alii denique siv
elegantiæ sive novitatis studio prove
dum alienos infectantur errores, nov
ipsi prodiderunt; inde factum ut int

pre

etatio LXX miris modis interpolata undiquaque vitiis inquinata prostitu-etur. Quod antiquorum studia evo-vit, ut illam diligenti manu recense-nt, & si quæ adulterina aut vitiosa irre-issent, Critico ferro ea iugularēt. Hinc omanarunt discrepantis lectionis pe-è dixerim volumina, & quod apud ni-is industrios solet, ut antea vitiis, ita mediis laborari ceptum. Religiosam erò hanc veterum diligentiam merito spicimus, & indefessā illam commen-amus & admiramur: inprimis autem rigenis, qui tanto studio hoc egit, ut iam illud tempus quod remissioni & uieti tribuere solebat, huic labori con-rret. Ita enim apud Cedrenum Episto-ad Ambrosium fol. 208. scribit: ὅτε γὰρ ιπνῆσαί ἐστιν ὑμῖν ἀντιβάλλουσιν, ὅτε δειπνή-σιν ἔξεστι περιπατῆσαι καὶ διανα παῦσαι τὰ σώ-ατα. ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς καιροῖς ἐκείνοις φι-ολογεῖν καὶ ἀκριβοῦν τὰ ἀντίγραφα ἀναγ-αζόμεθα, ὅτε μὴν ὅλην ἐπὶ θεραπείᾳ τοῦ ώματος τὴν νύκτα ἔξεστιν ἡμῖν κοιμᾶσθαι, ὑπὸ πολὺ τῆς ἑσπέρας τῆς φιλολογίας παρα-

τεινούσης. ἐῶ δὲ λέγειν καὶ τὰ ἔωθεν μέχρι τ
θ' ἔσθ' ὅτε καὶ δεκάτης ὥρας. *Non cœnare* (in
quit) *nobis permittit exemplarium collati*
neque à cœnâ deambulare, aut corpus quiet
reficere: sed etiam illo tempore literas tra
ctare, & exemplaria emendare cogimur
Nec reficiendi corporis causâ totam dor
mire noctem nobis conceditur: ne dicam a
matutinis laboribus, qui ad nonã, sæpe ver
ad decimam producuntur. Nulla sane The
ologo dignior philologia, quam istiu
modi invigilare studiis, & inexhausta di
ligentia in sacris veritatẽ sectari, eamqu
quatenus humanitus licet, eruere. Ori
genis industriam æmulatus Hierony
mus, quod veterum testimonia & ipsiu
opera palã loquuntur & ostendunt. La
tinæ verò Bibliorum interpretatione
quam plurimæ passim oberrarunt; ade
ut Græcarum varietatem Latina exem
plaria superarint. Indicio Augustinu
qui II. de doctrina Christiana scribit: u
quisque sibi aliquid facultatis in Græca
& Latina lingua habere videbatur: ita
simulac Græcus codex in manus veni

se

t, ausus est interpretari. Atqui utinam æc temeritas cum suis auctoribus exncta subsediſſet: nunc illa nos accusaores antiquitatis hæredes invenit. Simlicem veterum diligentiam in obscuum scientiam, (si tamen ita appellanda) onvertimus. Nullum fateor post hoinum memoriam sæculum immune à itiis, aut perversis ingeniis liberum fu: audebo tamen asserere hoc nostro ullum unquam extitisse fertilius nuarum & fanaticarum opinionum:

am sibi quisq; Deos magno certamine fingit.

Sed ut populares omittamus errores: licita nimis curiositate scripturæ abdi scrutamur, & adoperta sacris sipariis rcana profani detegere conamur: spreis omnibus retrò sapientibus, quasi soli primi per aureum funem cœlo delasi, quibus divina revelata. atque ita ranſgressi humani ingenii angustias, sura cœlestia peregrinari audemus, unde d extrema deturbati, velut scopulis adxi obhæsimus. Nescii moderatam in ivinis sectandam sapientiam, multaq;

remota & abſcondita cum laude erud
tæ inſcitiæ rectè ignorari: quemadm
dum præclarè (ut omnia) ait Nazianz
nus. Etenim ſi Arcefilæ & Carneadis pr
bata & tuta in frivolis & naturali obſcu
ritate involutis quæſtionibus dubitatio
qua fronte aſſerere ſuſtinebimus in re
bus divinis veritatem nobis ſolis illuxi
ſe. Nota Simonidis Melici cunctatio
qui cum Hiero tyrannus de Diis quære
ret, ipſa perſcrutatione obſcuriorem fie
ri veritatem aiebat. Sane in divinis im
peritiæ confeſſio ſapientia eſt. Quare ne
alis ingenii altius quam homini datum
evecti, intempeſtiva indagatione cœle
ſtia perſcrutemur. Cohibeamus inexple
bilem ſciendi aviditatem, nec divina, ni
quatenus Deus voluit, noſſe affectemus
ita & cautè & gloriosè philoſophari lice
bit. Quanquam ſapientiæ perſuaſione
decepti veritatem divinitatis nunc de
mum maturuiſſe, noſq; ſolos verum in
tellectum ſacrorū conſecutos credimus
Et ne nobis blandiamur de ſæculi ſubti
litate, aut novi aut inuſitati aliquid ima

gine

nemur, ſartores, opifices, mercatores,
: dicam fures & latrones ſectarum au-
res habemus. Chriſtum ſcilicet imita-
ur, qui ex ingenti hominum multitu-
ne delegit piſcatores & opifices, ut ii
:r totum orbem diſperſi Euangelium
ınunciarent. Digna profecto æmu-
tio. Ita & hoſtis generis humani,
nia Dei, ſuos habet ſanctos & mar-
res, atque adeo noſtra ætate evenit,
ıod Hieronymus de ſæculo ſuo ad
aulinum ſcribit: *Sola ſcripturarum ars* Epiſtol.
t quàm ſibi paſſim omnes vindicant. Hanc, CIII.
ırrula anus, hanc delirus ſenex, hanc ſo- cap. 6.
iſta verboſus, hanc univerſi præſumunt,
cerant, docent, antequam diſcant. Alii
ıducto ſupercilio grandia verba trutinan-
s inter mulierculas de ſacris literis philo-
phantur. Alii diſcunt prô pudor â fœmi-
is, quod viros doceant, & ne parum hoc ſit,
uidam facilitate verborum, imò audacia,
liſſerunt aliis quod ipſi non intelligunt.
raphicè profecto ſæculi noſtri inſani-
n deſcribit. Sanè nunc demum verum
t, quod Ariſtarchus aiebat: olim vix

septem sapientes in Græcia extitisse, h
die non facilè totidem idiotas reperi
Et tamen furiosa hæc ratio tanto exam
ne prorupit, ut oppletis omnibus ang
lis nihil vacui reliquerunt: certe ut
tomi Epicuri omnia occuparunt. Nem
pe & ille voluptatis magister specio
nomine multos invitabat. Eam enim
callidus captator hamis imposuerat e
cam, quam petituros piscículos scieba
1. Diog. Laert. Epicuro. Ignaviæ commendatio & voluptat
præmium blandientibus hisce cibis m
Cicero 1. de Finib. gnos sectatorum greges contraxit. Quo
feliciter æmulati lenones isti, popular
& illecebrosa pro hamis in turbam mi
tunt, & incautos attrahunt. Nullus enim
fanaticus aut agyrta, quin somniis su
credi velit, eaque tanquam in foro re
venalium prostituat: in quo nullæ tam
rancidæ merces, quæ emptorem non in
veniant. Ita non satis furori nostro fui
festiva acclamatione applausisse: pro
trahendus erat in publicum, ut alii quo
que eodem correpti insanirent. Tam
perditè nos amamus, falsæ sapientiæ opi
nion

one impliciti, & magno periculo æ-
oti. Duas enim inſcitiæ ſpecies ſtatuit De legi-
ato, quarum illa, cum ſimplici igno- bus IX.
ntia agnoſcimus ea nos ignorare, quæ
ſcimus; altera, cum ignoramus non
ntum inſcitiæ tenebris obruti, ſed ſci-
ıtiæ falſa perſuaſione. Summum hoc
tium affirmat, & maximis malis cau-
m præbuiſſe. Quod ſcitum verum eſſe
genti damno experta eſt Chriſtiana
ligio. Sed ut decurram intra cancel-
s, quos anguſtiores mihi ipſe conſtitui.
tanta diverſa cenſentium turba nemo
t, quin ſacræ ſcripturæ verba ita flectat
incidat, ut ſenſui ſuo apta reddat, unde
rè omnes peculiares ſibi adoptarunt
terpretationes. Capras nunquam ſine
ori, ait Varro, ideoque dentem earum
ſalivam arboribus eſſe venenum. Ve-
illi perpetua omnia depravandi febri
orant, & quicquid tetigerint venena-
afflatu inficiunt. Veterem igitur edi- Vet. Vulgata
nem ſubtiliores pene totam rejece-
nt: ſive quod vitioſa; ſive quod inele-
nti ſtylo conſcripta, illam tamen vetus

Ecclesia recepit, eaque continua tot an
norum ferie usa est: nec sine causa han
quovis modo tolerabilē retinuit. Nem
pe ut in Repub. sæpe iniquas leges non
abrogamus, ne levi inducta mutatione
tota civitas convulsa laboret. Vnde
Philosophus statuit, si quid in republic
mutandum, illud tum demum comme
dē fieri, cum stella Saturni spacia sua cē
fecit. Qua ratione haud dubie mota
antiquitas non temerè eam repudiavi
Et profecto satius erat, sequi Hieronym
& aliorum institutum, qui adhibitâ dili
gentia (si quæ in illa depravata) emen
darunt: nec tamen omnino abieceru
Neq; n. vestem longo usu attritā aut m
culis adspersam statim deponimus, sed
luendā fulloni tradimus, & pristino
stitutā decori, induimus. Thesei navi
toties mutatam, novam tamen facta
non existimant: & quæ Iurisconsulto
sententia est, eandem navim esse, etsi
rina, & prora, & puppis novaque later
adtexta. Vtinam idem obtineret, ut v
lut ut in navi, rupta penitus & consump
reſ

ſtitueremus, & non plane nova & alia
ıvis conſtrueretur. Sed diſſolutam in-
:nioſorũ liberalitatem ferre cogimur.
: quod mireris, qui partum ſuppoſuit,
ıi falſi crimen commiſit lege Cornelia
netur, qui monetam corrupit, morte
:lictum expungit: qui ſacroſanctæ fi-
:i monumenta violant, ſoli impunè
·o lubidine graſſantur, & quidem com-
endatione eruditionis. Certè ut tri-
nphantes albis quadrigis adſcendunt
famæ templum, acclamatione vulga-
adjuti. Adeo nemo, qui furoris ſui
æcones non inveniat. In veteri Co-
œdia ſcriptum memini: *Sapientes qui*
no utuntur veteri. Novas enim quæ
odirent Comœdias multo nequiores,
am nummos novos. Vtinam de ſolis
ımmis aut Comœdiis illadici poſſent.
d fabulam riſu excipimus eruditi: &
ſtquam paulum ultra primas litteras
ogreſsi, & vere quod Syneſius ait, The-
ɔgi Cadmi ſemine orti, ſacræ ſcriptu-
manum admovemus, nec ſpongia
imur aut ſcalpello, ſed atroci ſtilo ſan-
guinem

guinem extrahimus. Et tamen impe
tæ & nimis curiosæ manus facilè impi
gunt, & irrito conatu sana & integra sc
licitant. Esaiæ 34. Καὶ ἔσονται ἐπαύλεις
ρήνων, καὶ αὐλὴ στρουθιῶν, καὶ συναντήσου
δαιμόνια ὀνοκενταύροις, καὶ βοήσονται ἕτερ
πρὸς τὸν ἕτερον ἐκεῖ ἀναπαύσονται ὀνοκέντα
ροι εὕροντες γὰρ αὐτοῖς ἀνάπαυσιν. Vetus
ditio sequuta 70. *Et erit caula Syrenum*
& atrium strutionum: & occurrent a
monia onocentauris: & clamabunt al
ad alterum: illic requiescent onocentauri
venientes requiem. Recentiores Hebr
cam sequuti veritatem: *Et concurrent*
ra animalia cum terrifico: & scops pro
mo suo acclamabit: tantum ibi residet str
inveniet q́ sibi quietis locum. Hæc dedu
ex Hebraico fonte promunt viri mag
& non sine aliquo horrore censendi. V
cem שָׂפִיר vertit *scopem.* At periti e
linguæ docent hoc verbo notari hor
rem & metum, unde pro larva & dæm
ne ponitur, qui adspectu terribilis,
horrorem iniicit, quales oberrare per
pulcreta, & loca sola ac deserta inhabi
re

Vide Origenem con. Celsum lib. 7 pag. 44.

veteres credebant. Dæmones autem gare per busta & sepulcreta apud vete- s obtinuit, ac multis ad Minucii Feli- Octavium docui. Vnde Apuleius a- logia optat, Mercurius in terrorē Æ- liano obiiciat: *Omnium noctium occur- ula, omnia bustorum formidamina, omnia ulchrorum terriculamenta.* Loca vero serta & inhabitata à dæmonibus infe- ri vulgo creditur. Hinc antiqui Fau- s & Satyros valles & præruptos mon- s inhabitare putabant. Lucretius lib. 4.

Hæc loca capripedes Satyros, Nymphasq; tenere
finitimi fingunt, & Faunos esse loquuntur:
Quorum noctivago strepitu ludoq; iocanti
affirmant vulgo taciturna silentia rumpi.

usanias Atticis ex relatu Eupolemi idit Satyros inhabitare νήσους ἐρήμους sulas desertas, quæ inde nautis *Satyri-* dictæ. Et apud Plutarchum libro *de* aculorum defectu Demetrius narrat, in- las prope Britanniam desertas, & dæ- onibus dicatas. Inde igitur nonnulli terum δαιμόνια in Esaiæ loco vertunt *tyros*. Non poterat rectius explicari fausta & tristis vastitas, quam prædicit

Pro-

Propheta. Loca scilicet tam deserta f
re, ut malis spiritibus & larvis hospitiu
præberent. Haud malè igitur in vulg
ta: *Occurrent daemonia onocentauris.* Esa
locum totum plenissimè interpretat
Ioannis Apocalyps. 18. ubi de Babylon
devastatione: Ἔπεσεν βαβυλὼν ἡ μεγάλη
καὶ ἐγένετο κατοικητήριον δαιμόνων, καὶ φυλακὴ παντὸς
πνεύματος ἀκαθάρτου, καὶ φυλακὴ παντὸς
ὀρνέου ἀκαθάρτου καὶ μεμισημένου. *Cecid
Babylon & facta est domicilium Daemonu
& custodia omnis spiritus impuri, & cust
dia omnis volucris immundæ & invisæ.* No
poteram adducere magis idoneum te
borum Esaiæ interpretem; qui sine d
bio ad Esaiæ locum respexit. Nec prof
cto quærenda est alia Prophetæ inte
pretatio. Irritum igitur magni viri ac
men, & plane obtusum. Et quæso qu
opus sensum invertere, & nova caligi
obumbrare. Nempe *scopem* somniare
oportebat, quia vetus editio *daemonia*
legit. Sed quomodo probabit voce
Hebræam *scopem* significare. Quia s
licet in Plinio legerat Volam lingua
Etrus

rusca significare *terram*. In Tertullia-
libro de Pallio: qui *stellarem cõjectat*,
i volaticam spectat: geometram intel-
gendum affirmat, cum tamen Tertul-
ini libro, *lumen* notare eam vestimen-
partem, quæ collum amplexu cingit
asioribus pannis suffultam, patet. Vn-
& Tertullianus: *luminis concilium*.
t vero lumen Tertulliano *splendor*,
i compresione vestimento conciliatur. Hinc Martiali: *lucida vestis*. Mallio: *Tyria luces*. Ammianus *nitorem* vocat. Seneca de tranquillitate animi: *stis ponderibus aut tormentis splendere rentibus pressa*. Hoc enim modo nitor sti conciliari solitus. *Tormenta* vocat, iæ Martialis *prela*. Ammianus *pressoz*. Inde eodem libro Tertullianus: *Paplumæ vestis, & quidem de cataclytis: o omni conchylio depressior, qua colla flont*. Depressior id est, *splendidior*. Nam mpresione splendorem inducebant. uod Aristarchus iste non magis intelit, quam illa de cataclytis, ut suo loco tendam. Luminis igitur *concilium*,

Tertul-

Tertullianus, ſplendorem ſive nitore
veſti compreſsione conciliatam dic
Seneca *tormentis ſplendere cogentib*
preſſam. Opus coactile fiebat motu
compreſsione, quod verè conciliare
τοῦ χύλλειν. unde & ſupercilia, oſcilla, &
cillatio. Hinc igitur *luminis concilium*
Sed de iſtiuſmodi ſi per negotia liceb
ad ipſum Tertullianum. Nunc ratio i
ſtituti me vocat ad librum Maccabæ
rum, qui vulgo tertius cenſetur, in ei
lib. cap. 4. ubi de calamitate & pœn
quibus Ptolemæus Philopater Iudæ
affligebat: Τούτων δὲ ἐπὶ τὴν λεγομένην
δίαν ἀχθέντων καὶ τοῦ παράπλου περανθέντ
καθὼς ἦν δεδογματισμένον τῷ βασιλεῖ. Ha
in vulgata ita concipiuntur: *His autem*
ſuper dictam ratem ductis, & navigatio
finita, ſicut erat ſancitum à rege. Hinc
mendatam oportebat veterem interpr
tationem. ſed pari errore vir magnu
His igitur in navigium illud quod dixim
actis, & navigatione finitâ prout ſancitu
fuerat à rege. σχεδίαν locũ prope Alexa
driam ex Strabonis Geographiæ lib.
co

onſtat. Quare vertendum erat: *His utem in locum Schedian appellatũ ductis, ſ navigatione finitâ.* Quicunque igitur imia ſubtilitate præciſa ſectantur, irri-im ſæpe aut obtuſum experiantur acu-nen neceſſe eſt. Plurimas Callicrates ormicas, & Mirmecides quadrigas fre-it oportet, antequam illas eius tenuita-s confecit, ut apud poſteros inde glori-m conſequeretur. Sed hoc ritè dece-at eruditos & elegantiæ ſtudioſos. O riſtes ineptias & difficiles nugas. In ſa-ris elegantiam captare, quid aliud erit, uam mero meridie umbras ſectari. Et amen tantum potuit corrupta opinio, t & noſtra ætate nonnulli eò inſaniæ rovecti, ut decentiori ſermonis habitu icræ ſcripturæ libros induerent: tam-mula ſimilitudine gentilium ſermo-em effingentes, quaſi Deos nationum oquentes inducerent. *Cecidit in Idolo-triam* (inquit Tertullianus) *qui idolum omine Dei honoravit. Quanto gravius ita-ue delinquit, qui Deum nomine Idoli appel-vit.* Et profecto ſtultus eſt labor ine-

De Idolatria cap. 10.

ptiarum. Horrida illa & inculta dice
di ratio veritatem decebat. Vt enim c
tata facies & crines calamistro into
impudicitiam præferunt: ita nullis
iuta fucis pulcritudo matronam ost
dit. Iam inde à nascentis Euangelii p
mordiis familiare fuit Ethnicis, aut re
gione Christiana leviter tinctis, ut i
nia captarent, & indignarentur illite
tos, pauperes, plebeios, de cœlestibus c
putare. Sacram scripturam impolito
horrido sermone traditam. Sed re
Minucius Octavio: *Quo imperitior*
mo, hoc illustrior ratio est, quoniam non
catur pompa facundiæ & gratiæ: sed ut
recti regula sustinetur. Cui obiectioni
Arnobius copiosâ oratione lib. ii. adv
sus gentes occurrit, & Casiodorus de
vinis lectionibus: *Hiatus vocaliū omn*
relinque. Nam hic locū habere non possu
quæ doctores literarū liberalium custo
noscuntur. Istud n. inter humanas dictio
convenit præcaveri, in divinis eloquiis t
compositiones nequaquam accusantur.
neat ubique incorrupta locutio, quæ Deo

isse cognoscitur, ita ut fulgore suo niteat n humano desiderio carpenda subiaceat.
ide Augustinum de doctrina Christia- lib. ult. cap. 6. Gregorium moralium). 20. cap. 1. Cyrillum lib. 7. adversus lian. Chrysost. Homil. 36. in Gen. sa- : & 70. parum curæ habuerunt vitare peritatem, si modo sensum rectè ex- imerent, & certas sacræ scripturæ pro- ietates, (ut Chrysostomus ait) quæ nō cile ad Grammaticorum normam se- redigi patiuntur. Sacri scriptores ait mbrosius Epist. 73. ad Iustin. *non secun- um artem scripserunt, sed secundum grati- n, quæ supra omnem artem est, scripserunt um, quæ Spiritus illis loqui dabat. Adeo ut lsi sint magistri elegantiarum, qui in sa- ris fucum & inania sectantes syllabarum ucupia instituunt.* Sacram scripturam iiris modis contaminatam, & multorū ersione penè subversam manifestum st. Vnde Cassiodorus de divinis lectio- ibus: *Si quæ absurde posita intrepide e- nendanda, recurrendum ad Græcum Pan- ecten & Hebræā scripturam. Decet enim,*

(ait,) ut unde ad nos venit ſalutaris trãs
latio, inde iterum redeat decora correctio
Merito enim patribus noſtris de hac re cu
ra fuit, ne tunica Domini quã militibus ſcin
dere non licuit, lectoribus ſubjaceat imperi
tis. Audiat Spiritus ſanctus ſinceriſſima qu
donavit. Laudandum igitur præclarum
illorum ſtudium, qui adhibitâ modera
tione in reſtituenda ſacra ſcriptura la
borarunt. Recte enim olim Romanus
ille: *Non amare ſeſe aiebat nimis diligen*
tes. Equidem ſi unquam modeſtia opus
fuit, certè in ſacris eam adhibuiſſe opor
tuit: ubi ignorantia magis commendan
da, quam ſcientiæ confidentia. Via enim
hæc præceps & lubrica, quæ incautos fa
cile in errorem ducit. In his igitur mæ
andris & labyrintis ſuſpenſo gradu ince
dendum, & quod in tenebris ſolet, manu
iter prætentandum. Nec temerè profe
ctò à recte ſentientibus diſcedendum, ne
per vadoſum hoc mare navigantes, dum
aliam ſectamur viam, ignari locorum,
ſcopulis illiſam navim affligamus. Quod
utinã omnes eo animo excíperent, qui
à nobi

nobis scriptũ est. Apertè fateor & præ
ie fero pietatem & veritatis studium,
ivito hæc extorsisse. Huius auspiciis mi-
tamus Christiani Philosophi, ut & et-
m victi de errore triumphemus.

CAPVT I.

Iudæis Hebraica lingua vernacula,
a concepta ferè tota sacra scriptura in va-
ias linguas conversa. Historica narratio
nterpretationis 70. Cur interpretatio 70.
ppellata, cum 72. interpretes.

IVdæos suas proprias & vernacu-
las habuisse literas scribit Ter- CAP. XIIX.
ullianus in Apologetico: quod
e nobis, qui Christianam sectamur phi-
osophiam, absque eius testimonio co-
nitũ est. *Ex ipsis enim,* (ait gravissimus
uctor) *& ad ipsos semper Prophetæ pero-*
averant, scilicet ad domesticã Dei gentem
x patrum gratia. Hebræi retrò, qui nunc
udæi & litteræ Hebraæ & eloquium. Hoc
taque sermone concepta sacra scriptu-
a veteris instrumenti, quam deinde in

Græcam, & ſequentibus annis varia transfuſam linguas orbis Chriſtianus re cepit. Etſi nonnulli afferere auſi ſint Ba bilonica captivitate Hebræam linguam penitus periiſſe, errore manifeſto: quem Ioſephus aliiq; veteres refutarunt. Ab ductos aiunt in Babiloniam Iudæos ſep tuaginta annorum exilio linguæ ſuæ fa cilè oblitos. Vere quidem tam diutur num tulerunt exilium, nec tamen lin gua Hebræa ſimul intercidit. † Nam Za charias & Aggæus poſt ſervitutem Babi lonicam patrio ſermone vaticinati ſunt & fingamus Iudæos etiam linguæ exili um tuliſſe. Esdra Levita, poſtquam e captivitate iſta liberati, omnes libro Hieroſolymitano excidio conſumpto reſtituit, eoſque in frequentiſsimo po puli cœtu patrio ſermone recitavit. A vero Philo Iudæus II. de vita Moſis ait Legem antiquitus conſcriptam fuiſſe lingua Chaldaica, ex eaq; in Græcũ ſer monem converſam. & lib. 3. feſtivitatẽ migrationis Χαλδαϊςὶ λεγόμενον τὸ πάσχα Sane linguam Chaldaicam pro Hebræa ponit.

† Rabbi Kimchi præfatione in Ioſuam & Elias Levites. Tertullianus de habitu muliebri cap. 3. Euſeb. li. 3 cap. 6. Hieronymꝰ de viris illuſtribus.

nit. Quod minimè mirum videri
teſt. Certo enim conſtat Philonem
ebreæ linguæ ignarum fuiſſe. Quan-
iam tanti nō erat his immorari. Apud
ctè ſentientes obtinuit antiquiſſimam
ſe linguam qua ſacra biblia conſcripta.
igitur concepta ſcriptura ſacra in va-
as linguas translata eſt. Cum enim gra-
ſsimis delictis ſeſe inquinaverat popu-
is Iudæorum,& prophetarum vaticini-
ad beneficia divinæ gratiæ agnoſcenda
pius revocaretur, ac nihilominus in
ōtumacia perſeveraret,quod toties de-
unciaverant inſtinctu divino prophe-
;ut regnum ipſis adimeretur,& gen-
s gratiæ fructus ferrent, exſequutum
portuit. Ideoque religionis ſacrāmen-
Græco ſermone enarrata gentibus tra-
i neceſſe erat: ut deinde vario transfu-
idiomate, & paſsim diſperſa recipe-
ntur. Quibus illud auctoribus, & qua
ratione factum pro captu meæ medio-
ritatis ſcribere inſtitui. Vt igitur ſine
mbitioſa præfatione rem ordiar.Ptole-
næus Philadelphus, Ptolemæi Lagi fili-

Angel. Caninius in Hellenis. præf. *Ex Ada Heva Cain, Sethi, Noha Abrahami, multorūque aliorū nominib. propriis quæ integra in linguis omnibus cōſervantur, intelligimus primā in orbe terrarū fuiſſe linguā Hebraicā, cum in alia nulla poſſit eis & ratio illorū nominum explicari. hanc ſequitur Sy-*

viaca & Punica, quæ illi adeo sunt similes, ut eius dialecti nominari debeant. His posteriores sũt græca & latina. Vide Bellarminũ de verbo Dei lib. 2. cap. 1. Alfons. Salmeron. tom. 1. Proleg. v. fol. 41. & seq.

us, Ægypti rex, incensus dulcedine ph
lologiæ, Alexandriæ insignem Bibli
thecam instituit. Nec Græcos conge
sisse libros satis arbitratus, à Chalda
quoq; & Iudæis, Persis, Assyriis, Rom
nis aliisque gentibus libros petivit, eos
Græcè conversos in Bibliotheca repo
iussit, ut ex Cedreno constat. Ita cum in
tellexisset ex Demetrio Phalereo, que
literarum laudibus illustrem, bibliothe
cæ præfecerat, extare apud Iudæos vo
lumina Prophetarum, in quibus de Deo
de mundi opificio, aliaque reconditæ sa
pientiæ monumenta, scripsit Hierosoly
mam ad Iudæos, ut illa transmitterent
Lectis regiis literis libros aureis chara
cteribus descriptos ad regem curarunt
Qui cum illi traditi Hebræo idiomate
cuius imperitus erat, conscripti, nulli u
sui erant, ideoque interpretes petiit, qu
ex Hebræo in Græcum sermonem libro
istos converterent. Missi igitur ex Iudæ
septuaginta duo Hebræas & Græcas lite
ras accuratè docti. Hi sacram scripturã
in Pharo insula Græcè interpretati sunt

Olym

lympiade 127. anno Philadelphi regis
5. Atqui hæc est interpretatio, quam
o. à numero scilicet illorum, qui operã
ederunt, dicimus, etsi septuaginta duo
ræfuisse verisimile. Ex singulis enim
ibubus, ut Iosephus & alii tradunt, sex
electi fuerunt: tribus autẽ erant duo-
ecim. 72. ita fuisse oportet. Vnde Tertul-
anus & alii veterum 72. laudant, sed di-
entium compendio 70. censentur, seu
t Augustinus: *interpretatio ista aut septu-
ginta vocetur iam obtinuit consuetudo.*

CAPVT II.

*De auctoribus huius historiæ, & qua-
de ab iis tradita, disquisitũ. Aristeæ aucto-
itas elevata. Iudæorum vanitas in extol-
ndis gentis suæ rebus gestis. Cur veteres
cclesiæ doctores narrationi Aristeæ tam
icile assenserint. Detecta credulitatis cau-
i. Hellenistæ. Ab illis plurima conficta, ut au-
toritatem interpretationi 70. conciliarent.*

HÆc ferè ex Epiphanio & Augu-
stino deprompta, & fide histori-
ca relata, vulgari consensu rece-

pta sunt. Etsi autem, ut par erat, diligenti perscrutatione veteribus hæc indagata & tradita, tamen discrepantes illorũ in plerisque sententiæ, quas tanti non est legentis censuræ exposuisse. Nec profecto operæ existimo referre Ptolemæi liberalitatem: centum enim millia Iudæorum redemisse & liberasse dicitur, eoque nomine erogata sexcenta & sexaginta talenta. Legatos misisse Hierosolymam Andræam & Aristæam, ut peterent ab Eleazaro pontifice interpretes eique offerrent munera omnis generis, phialas aureas 20. argenteas 30. crateras quinque, mensam auream ingenti sanè precii, & quemadmodum Iosephus eam describit, morosо opere constructam, & præter hanc aliis conficiendi talenta auri centũ. Simili modo supervacuum arbitror recensere nomina 70 interpretum, & quæ munera Eleazarus Ptolomæo regi misit, quam exquisita librorum elegantia, quos interpretando attulerant: quo gaudio, qua publicâ festivitate, quo apparatu excepti sunt: qu

apt

ptè deniq; propositis à rege quæstioni-
us responderint. Isthæc omnia enarra-
e, nihil ad rem pertinet. neque enim in-
ituto nostro conferunt, & cum legen-
ũ penè dixerim fastidio Aristeæ & Io-
pho tradita: quorum narrationi facilè
dem adhiberẽ, si tanti videretur. Nun-
uam vero tam gravem mentiar somnũ,
t persuaderi mihi patiar huic historiæ
ihil alieni aut falsi admixtum, certè
luſculum elargiri sustinuerunt quam
eritas concedebat, ut Iudaicę gentis no-
nen illustrarent, eiusque legis admiran-
as & divinas virtutes orbi proponerent.
qua vanitate minimè abhorrent Iu-
æi, qui sine ulla religione, neglecta o-
ni specie veri mentiri ausi sunt, quasi
ta posteritas Midæ aures, quod Tertul-
anus ait, aptas eorum fabulis assumpsis-
t. Nulla mihi imposita necessitas ad-
ersus faciles, & ad quævis inanes dispu-
re, liberũ cuivis iudiciũ erit. Quanquã
recti rationem temperemus, & discus-
caligine vulgaris opinionis rem totã
tueamur, fallor aut multa inconditè

dicta

dicta etsi magno applausu recepta,& in
veteratõ errore valida. Nec miremu
veteres Ecclesiæ doctores,& quidem an
tiquissimos tam faciles Aristeæ narrati
onibus sese præbuisse. Inducere vel reni
tentes poterat,ut 70. interpretationen
miraculosè proditã affererent, qua ad
versus gentes & Iudæos uti cogebantu
Recentiorũ vero summa pervicacia,qu
cultu dicã & veneratione quadam sanct
illã haberi contendebant,cum iam à Iu
dæis & Hæreticis nõ tantum miris me
dis interpolata,sed planè corrupta. Vnd
tam frequentes Hieronymo querelæ
fæculi sui calumniis& dente invidorum
quo virulentè nimis petebatur,quod l
bros sacræ scripturæ ex Hebræo cõvert
ret, quasi hoc ipso auctoritas 70. conve
leretur,quã tamen mirificè depravata
omnibus notũ erat. Sed quantũ collig
tota erroris seges à Iudæis Græcien fib
sive Helleniſtis orta est. Sunt enim Iud
ἑλληνισταὶ, qui Biblia græca in synagog
suis legebant. Græca enim Biblia in syn
gogis passim proposita fuisse ex Tertu
lian

ano constat. Nam Græca lingua, omnis fere usitata, aut saltē nota. Pauci veo Helleniſtarū Hebraice docti. Quamsautē nequicquā ſive ritus ſpectes, ſive gem à Iudæis Hieroſolymitanis differbant, niſi ſermone, quo in ſynagogis ræco utebantur, tamē inter illos & Heæos ſummū odium & maximæ diſſenones, propter hanc 70. interpretationē, ia Helleniſtæ utebantur, & templū ab nia in Ægypto exſtructum. Duplex erIudæorum genus Hebræi & Helleni, qui nulla re, niſi linguâ differebant, pitali tamen odio diſſidentes. Helleſtæ autem ut 70. interpretatione, qua ebantur, pondus & auctoritatē conciirent, mirū quantū in enarratione hus hiſtorię indulgere ſibi auſi ſint, quare ſorum commentis tribuendū eſt, quiciid alii aut abſurdum aut veritāti repuians admiſerunt. Qui quidem omnes unico Ariſtæa tanquam fonte dedunt, quicquid poſt alios affirmant. Iuſtius Martyr magno conatu auctoritatē iic interpretationi quærens, ingenti

eam

eam miraculo prodiisse narrat, quod
clusi cellulis singuli eadẽ quâ verba q
sententiam referrent. & ad Philonem
Iosephum testes omni exceptione m
iores, provocat. Sed ipse Iosephus pl
raque ad auctorẽ Aristæan refert, qua
quam is cellularũ non meminit, uti n
Philo, qui eius vestigia sequitur. Tertu
lianus Apologetico eiusdem Aristeæ t
stimonio usus. Affirmavit hæc nobi
inquit, Aristæas, ita in græcum stylum
ex aperto monumenta reliquit. Euseb
us præparationis Euangelicæ lib. VII.
Epiphanius libro de ponderib. & me
suris eundem Aristæũ (ita enim illi v
cant) auctorem huius historiæ lauda
& sequuntur. Iosephus antiquitatum
Iudaicarum lib. 12. Aristæan memor
eruditũ, & gratia regis præpotentẽ, qu
ob liberandos Iudæos apud Ptolemæu
intercesserat. ὑπερασπίστην Ptolemæi Hi
ronymus memorat, præfatione in Pe
tateuchum. Is igitur Aristeas legatus
Ptolomæo ad Iudæos missus potior
partes agendas susceperat: & cum omn
bu

us interfuisse, imo præfuisse videatur; ectè historiæ leges observare potuit, & ptima fide referre, qua ratione inter- retatio peracta: omni studio liber, nec ratia aut odio corruptus: qui scilicet idæos nulla cognatione contingebat. ristæan quidē Ptolemæo adfuisse, cum æc interpretatio susceptа, & fortean- onsignasse literarū monumentis, quæ ntervenire potuerunt sine periculo cre- ere ausim, tot gravissimorū auctorum stimoniis inductus. Sed an commen- rii isti Aristeæ nomine inscripti, & to- us interpretationis historiam copiosè xplicantes ad eundem Aristæan aucto- em referendi, meritò eruditi ambi- unt, imo vero reperti, qui planè nega- ent. Quis audebit inficiari, plurima in lis commentariis, quæ Iudæā referunt anitatem. Quis negabit infinita præter em, & adversus historiæ veritatem Hel- nistas affinxisse. Nunquam à me im- etrabit superstitio, ut à veri iudicii nor- a desciscam. Cum igitur hæc Aristææ ēsensum præferunt cum iis, quæ ab an-

tiquis

tiquis Ecclesiæ doctoribus rationi co
sentanea tradita, minimè reiicienda
cum vero ab iis ad absurda quæque dis
dunt, veritatis exceptione adversus il
me tuebor. Et sanè sufficiunt histo
huius interpretationis & autoritati
quæ ab Ecclesiasticis scriptoribus &
storicis tradita. Reliqua Helleniſtar
sine detrimenti causa ignorari possun

CAPVT III.

Collecta discrepantes aliquot veteri opiniones, & plurima veritati repugnan in medium producta. Error Irenæi qui terpretationem 70. à Ptolemæo Lagide stitutam refert. ἀνισορησία Iustini Mar ris. Ptolemæum Philadelphum interpre tionem 70. curasse, communi consensu & rè obtinuit. Disputatum adversus omi Ecclesiasticos scriptores, qui tradunt Dem trium Phalereum bibliothecæ Ptolemæi p fectũ. Demetrii Phalerei res gestæ & pot tia in Republ. Athenienſi. Eiusdem exiliu & quo genere mortis exstinctus sit. Pt mæo Philadelpho vehementer exosus,

odii causa. Tertullianus Grammatico-
n probatissimus. Quæsita ejus elogii
io.

MIrum vero quod Irenæus non à Ptolemæo Philadelpho institutam hanc sacrorum librorum erpretationem, sed eius patre Ptoleo Lagide ait. Cuius sententia seu pos error tantum potuit apud Clemen- n Alexandrinum, ut Stromatũ lib. 1. erat, conversos fuisse libros sacros ex bræo tempore Ptolemæi Lagi filii, seu alii Ptolemæi Philadelphi, tanquam re dubia hæsitaret, cui illud tribuen- imo communi traditione obtinuis- Ptolemæi Lagide tempore hoc factũ, erere videtur. Nec tamen existima- n apud antiquos cõtroversum fuisse, m inter omnes [a] constet Ptolemæum iladelphum interpretes Iudæos evo- sse, quare hoc Clementis ad Irenæi er- rem referendum. Sed longè absurdi- & maioris imperitiæ, quod Iustinus artyr Apologia II. scribit, Ptolemæũ r epistolam petiisse à Iudæorum rege

[a] Cedren. fol. 136. in compendio historiæ.

Herode, ut libros prophetarum trai
mitteret. Herodem Hebraico conc
ptos lingua transmisisse codices. Gravi
simus est error antiquissimi scriptori
cui nullus color obduci potest. Negl
gentia haud dubiè summa clarissim
Martyri excidit, cum totam historian
longe aliter referat παραινετικῶ ad Gr
cos. Eusebius præparationis Euange
cæ lib. 13. tradit, Aristobulum Iudæun
ad regem Ptolemæum Philometoren
scripsisse, Mosis libros ante Demetriu
Phalereum Græcè translatos fuisse: t
tam vero scripturam iussu Philadelp
regis, & opera Demetrei Phalerei co
versam. Eundem Aristobulum in ea
re testem laudat Clemens Alexand
nus Stromatum 1. Hæc igitur Aristob
lus post Aristæam, ex quo Iosephus &
mnes veteres, quicunque hanc histo
narrant, aut translationis istius men
nerunt, omnia mutuati sunt: & qu
mirari satis non possum, quasi cons
cta & probata eius fides, nequicquam
illa, quæ retulit, indagarunt, sed quæcu

ue tandem ab eo commenta, ut certa
indubitata receperunt. Adeo verum
st in iis, quæ instituto & conceptæ opi-
ioni conferunt, faciles nos esse, & ani-
um sua sponte credentem plerumque
dhibere. Et tamen quos probabit na-
iles Aristæas, quem nobis notorem da-
it, quod patre Hellenista non sit natus?
ed Aristæas iste auctor Demetrium
halereum Bibliothecæ regiæ præfe-
tum, ingentem pecuniæ summam ac-
episse, ut omnis generis volumina
omponeret. Et cum de numero libro-
um rex interrogasset, quingenta millia
edGræca iam reposita respondisse. Lon-
e plura forè, si aliarũ quoq; gentiũ scri-
ta congererentur, præsertim Iudæorũ,
uorum libros hactenus non comparas-
et, quod propria lingua & charactere
onscripti essent. Demetrium postea
divisse regem per epistolam, qua petiit
cribi ad Iudæos de hac librorum inter-
retatione. Demetrium igitur Phalere-
im Alexandrinæ Bibliothecæ præfe-
tum, totum negotium interpretatio-

nis curasse, eiusque instinctu regem Pto
lemæum illud suscepisse, post Aristæan
Iosephus & Christiani omnes, qui han
historiam narrant, scribunt. Alii vero
antiqui auctores, qui Demetrii Phalere
vitam cõscripserunt, aut alioquin men
tionem eius scriptis suis inseruerunt, n
verbo quidem hoc attingunt. Decem
annorũ spacio Athenienſi Reipub. præ
fuisse memorant, tantâ cum laude & bo
no civium, ut trecenta sexaginta statua
illi locatæ sint. Conversis deinde rebu
patria pulsum, plebem Athenienſem
statuas & imagines deiecisse, & cum in
vidia inimicorum absens capitis damna
tus esset, confugisse ad Ptolemæum La
giden σωτῆρα, inter amicos regis princi
pem, & omni copia rerum abundantem
à successore vero eius filio Ptolemæ
Philadelpho in carcerẽ inclusum, aspi
dis morsu interiisse. Hæc ferè Plutar
chus & Diogenes Laertius. Quanquam
Cic. Orat. pro Rabirio aspide ad corpu
admotâ vita privatum Demetrium scri
bat. Vide eundem 3. Offi. & 5. de Finibus

Sui

Suidas ad Ptolemæum cui cognomen σωτὴρ transfugisse, & morsu aspidis interiisse scribit. Ælianus variæ Historiæ lib. 12. præ aliis iuvasse Ptolemæum in legibus constituendis ait. Quæ vero Athenæus lib. 12. de luxu & elegantia Demetrii, aut Diodorus Siculus & alii de eo tradunt, propositum nostrum minime iuvant. Hac enim disputatione indagare instituí, an Demetrius Alexandrinæ Bibliothecæ præfectus? an eius instinctu & opera libri Iudæorum Græcè conversi. Nemo veterum scriptorum hoc tradidit, præter Aristæan & Ecclesiasticos scriptores. Imo vero ex Diogene Laertio, (si qua illi fides) manifesto cõstat falso hoc confictum. Refert n. ex Hermippo auctore, Demetrium metu Antigoni ad Ptolemæum Σωτῆρα cõfugisse, regiq́ue consuluisse, ut filios ex Euridice natos, regni participes faceret. Hoc consilium cum rex repudiasset, & illum, quem ex Berenice susceperat, regni successorem cõstituisset, ab isto post patris mortem in provinciam relega-

tum, in eaq; asservatum ut asperius pu
niretur. Hinc illum mœstum ægritu
dine animi in soporem lapsum, morsi
aspidis interiisse. Ptolemæus autem qu
postea Philadelphus dictus, ex Beroni
ce natus, Ptolemæo Lagidi patri regn
hæres successit. Si igitur tanto odio i
Demetriũ flagravit Philadelphus, ut sta
tim à morte patris in exiliũ eum pelle
ret, qua ratione Bibliothecæ præfuit
Imo vero si statim ab excessu Lagidi
mortuus, quomodo hanc interpretati
onem curare potuit? Tertullianus tam
in Apologetico, ubi de hac interpreta
tione bibliorũ agit, Ptolemæum ex sug
gestu Demetrii Phalerei Grammatico
rum tunc peritissimi libros à Iudæis po
stulasse scribit. Quasi Demetriũ Gram
maticum ea ætate notum & fama cele
brem narraret. Quomodo quæso illi
Demetrio cõveniant peripatetico Phi
losopho, summis honoribus functo, &
maxima potentia celebri. Nisi alium
Grammaticum Demetrium quæramus.
Sed Tertullianus parum curiosus De
metri

netrium nosse, cum apud alios Demetrium Phalereũ præfectum Bibliothecæ legerat, Grammaticum appellavit. Nam libros inquirere & instruere Bibliothecas proprium Grammaticorum, quod de Tyrannione & Epaphrodito aliisq; multis proditum. Ideo in auctores & eorum opera diligenter inquirebant & indices librorum publicabant. Callimachus Grammaticus composuerat πίνακα πανδαπῶν συγγραμμάτων & Telephus vulgarat libros βιβλιακῆς ἱμπειρίας ἐν οἷς διδάσκει τὰ κτήσεως ἄξια βιβλία. In quibus docet qui libri comparatu digni. Ob hanc igitur multiplicem librorum peritiam Grammatici Bibliothecis præfecti. Ita apud Suetonium legimus C. Melissum Grammaticum curam ordinandæ Bibliothecæ, quæ in Octaviæ porticu, fuscepisse, & Hyginum Grammaticum Palatinæ Bibliothecæ præfuisse. De quibus omnibus satis, ut arbitror diffuse comment. de Polymathia cap. 16. egi. Hac igitur ratione Demetrium Grammaticum

Tertullianus appellavit. Sed omnin
alium Demetrium hunc ſtatuamus a
iſto Phalereo neceſſe eſt, ſi errorem e
cuſari velimus. Ariſtæas autem facile
omnibus de Demetrio Phalereo per
ſuaſit, cum eum in Ægyptum ad Ptole
mæum confugiſſe plurium indicio no
tum erat. Ariſtæan vero Helleniſtam
in errorem præcipitavit ἀπιστορησία. Cum
enim Demetrium ad Ptolemæum con
ceſſiſſe ſciret, parum curæ habuit rect
indagare, quis ille Ptolemæus, ſed quo
inſtituto facere vidit, aperuit.

CAPVT IV.

Oſtenſa vanitas eius opinionis, qua
ſenes ex ſingulis tribubus Demetrium pe
tiiſſe adfirmant. Epiſtolæ quæ ad Iudæo
ſcriptæ finguntur, apud diverſos autores
diverſæ. Abſurdè traditum Ptolemæum
iuſſiſſe diris devoverent, quiſquis interpre
tationem adulteraſſet. Execrationes nun
quam adhibitæ niſi extrema poſtularet ne
ceſſitas.

Ridi-

Ridiculè vero regem præsentem per epistolam[a] alloquitur Demetrius. Et si hoc more Ptolemæo usitato ipsum feciſſe concedamus, qua quæso ratione suadet, scribendum ad Iudæorum pontificem, ut mitteret seniores ἐμπείρους τῶν κατὰ τὸν νόμον τὸν ἑαυτῶν ἀφ' ἑκάστης φυλῆς ἓξ, ὅπως τὸ σύμφωνον ἐκ τῶν πλειόνων ἐξεπίσκοπτες, καὶ λαβόντες τὸ κατὰ τὴν ἑρμηνείαν ἀκριβὲς, ἀξίως ἐπὶ τῶν πραγμάτων καὶ τῆς σῆς προαιρέσεως ἔχωμεν εὐσήμως. Hæc scribit Demetrius imperitus omnino rituum Iudaicorum. Senes ex singulis tribubus petendos suadet, ut in tanta interpretum multitudine illud præferrent, in quo cõsensissent. Nempe hinc ariolatur in Demetrio consensum interpretum Hellenistarum, quem non sine divina inspiratione factum aiunt. Commodè verò senes ex singulis tribubus petit, ut scilicet multi conscenderent ad hoc opus suscipiendũ, atque ita ex consensu de interpretatione iudicarent. Si solum multitudinem spectat, quin plures petit aut ex singulis

[a] Apud Aristæam pag. 30.

tribubus ternos aut quaternos. Mi
rum hariolatorem Demetrium, qui se
nes ex singulis tribubus petit. Tradi
enim Epiphanius Eleazarum singular
prudentia elegisse 72. cum olim Mose
ex præcepto Domini in montem ad
scendens septuaginta secum assumsi
set, ipsum verò ne qua inter tribules o
riretur turba si impari numero ex tri
bubus lectos mitteret ex singulis dele
gisse sex atque ita numero aucto con
cordes retinuisse. Hoc scilicet præd
vinabat Demetrius Græcus, ideo plure
petere non audet. Manifesto tenetu
Hellenista. Præter hæc mirum videtu
Eleazarum ex 12. tribubus delegisse
cum deportati 10. in Mediam, duæ tan
tum Iuda & Beniamin in Iudæa reli
quæ. Quanquam hæc Demetrii epist
la in Epiphanio non legitur. Apud alio
extant formæ trium epistolarum: De
metrii, Ptolemæi, & Eleazari. Sed du
postremæ, quas Epiphanius recitat, ver
bis & sententia ab iis quas Aristæas & Io
sephus proponunt, discrepant. Tres au

ter

tem illæ apud Ariſtæan & Ioſephum, etſi à diverſis ſcriptæ fingantur, tamen eodem auctore natas dicendi genus arguit. Illud quoq; Helleniſtam loquitur, quod approbata interpretatione Ptolemæum iuſſiſſe refert, more uſitato maledicerent, ſi quis ex ea quidquam ſubtraxiſſet, addidiſſet, aut immùtaſſet, ut perpetuo incorrupta ſcriptura ſervaretur. Ἐκέλευσεν (inquit) ἐπαρᾶσθαι καθὼς ἔθος ἐστὶν αὐτοῖς εἴ τις διασκευάσει προστιθεὶς ἢ μεταφέρων, τι τὸ σύναλον τῶν γεγραμμένων ἢ ποιούμενος ἀφαίρεσιν καλῶς τοῦτο πράττοντες ἵνα διὰ παντὸς ἀέναα μέλοντα φυλάσσηται. Quis tam imperitus, qui non videat hæc expreſſa ex illis. Deuteron. cap. 14. Οὐ προσθήσετε πρὸς τὸ ῥῆμα ὁ ἐγὼ ἐντέλλομαι ὑμῖν καὶ οὐκ ἀφελεῖτε ἀπ' αὐτοῦ, quæ Proverb. 30. iiſdem ferè verbis repetita. Nam quod perſuadere conatur, exſecrationes iſtas adhibitas tanquam ſolennes & uſitatas poſis, parum cautè egit. Sanè Græcis & Romanis iſtiuſmodi execrationes uſitatæ, ſed hac moderatione, ut inter

extre-

extremas pœnas referrent, nec illas a
hiberet, nisi necessitas imperaret. Cra
sus bellum intulit Parthis, etsi Pontific
& augurũ denunciationes impediren
Inde Atteius, ut Crassi conatus inhibe
ret, portas urbis occupavit, & diras im
precationes in ipsum congessit, quibu
illa vis erat, ut infausta quæque in capu
eius reciderent. Reprehensus eo ne
mine Atteius, quod intempestivè & pra
ter rem execrationes adhibuisset, qu
bus nisi extrema postularet necessita
utendum non erat. *Plutarchus in Cra
so & Appianus Parthis.* Qua igitur r
tione Ptolemæus imprecationibus
diris interpretationem obsignavit, cu
nihil aliud quæreret, nisi ut inter r
liqua volumina in Bibliothecam rep
neretur. An vero octavo die (ut adfi
mant) totum opus absolvi potuit, per
tos horum laborum consulo. Iactanti
Græcensiũ alii id adfirmant. Sunt & al
innumera ab Helleniſtis commenta, t
splendorem interpretationi quam s
ctabantur suæ genti conciliarent, qu
bi

is colligendis ingenti ocio opus esset,
io vel his recensendis largè nimis ab-
i sumus.

CAPVT V.

An cellulis singuli interpretes inclusi.
ariantes veterum super hac re opiniones.
Quomodo intelligendum quod Philo tradit
Alexandriæ Iudæos solemni festivitate quo-
nnis convenire solitos in loco isto ubi 70.
terpretatio confecta.

VT autem summâ auctoritatem huic interpretationi conciliarent, & totum negotium mirifi- extollerent, admirandum omnium terpretum consensum tradiderunt, ii certe cum stupore memorandus, eorum opinionem admittamus, qui ngulos ædiculis separatos opus confe- sse affirmant. Ædicularum nec Ari- eas nec Iosephus meminit, sed quan- m colligo antiquissimus eius opinio- s assertor Iustinus Martyr qui parænetico ad Græcos ita scribit: Ptolemæũ

Vide Bellarminũ de verbo Dei lib. 2. cap. VI.

non

non in ipsa urbe locum assignasse inter pretibus in quo opus susceptum absol verent, sed septem ab ea stadiis in Pha ro insulâ: illic exstrui iussisse ædicula pari cum interpretibus numero ἰσαρίθ μους τῶν ἑρμηνευόντων οἰκίσκους μικρούς, u sigillatim interpretationem adorna rent. Iniunxisse vero iis qui inservi rent, ut à congressu mutuo illos prohi berent, quo interpretationis veritas e consensu nosceretur. Cum vero con staret 70. viros non tantum eadem sententia, sed iisdem verbis in transla tione usos, & ne dictione quidem dis sensisse: admiratione attonitum regem libros Deo consecratos in Bibliotheca reposuisse. Ταῦτα οὐ μῦθος, inquit, ὑμῖ οὐδὲ πεπλασμένας ἱστορίας ἀπαγγέλλομεν ἀλλ' αὐτοὶ ἐν τῇ Ἀλεξανδρίᾳ γενόμενοι, κα τὰ ἴχνη τῶν οἰκίσκων ἐν τῇ φάρῳ ἑωρα κότες ἔτι σωζόμενα καὶ παρὰ τῶν ἐκεῖ, ὡς τ πάτρια παρειληφότων ἀκηκοότες, ταῦτα ἀ παγγέλλομεν. *Neque hæc vobis*, inquit, *ut fa bulam aut confictam narramus historiam sed qui ipsi Alexandriæ fuimus, & vestigi*

Paræn. Pag. XI.

ædicula

dicularum reliqua in Pharo vidimus, &
b incolis qui res patrias à maioribus acce-
erunt, audivimus, qui eā ex Philonis &
oſephi traditione vera affirmant. Lucu-
entum planè teſtimoniū antiquiſſimi
criptoris & Chriſti Martyris ac cōſtans
ſſertio, quam ἀνάψια confirmat. Phi-
o de vita Moſis lib. II. quidem Iudæus
uctor ait, elegiſſe interpretes locum
turba & arbitris ſemotum, & admira-
ili conſenſu omnes iiſdem penè ver-
is eadem expreſſiſſe, inde & ſua ætate,
olenni feſtivitate Iudæos & alios inſu-
am Pharum accedere & venerari lo-
um, in quo hæc interpretatio peracta,
atque ibi tentoriis fixis cum domeſti-
is & amicis epulari. Quæ aliqua rati-
ne confirmant illa Iuſtini, oſtendi ve-
igia ædicularum: etſi tamen nec Philo
ec Ioſephus referat ſeparatos fuiſſe ſin-
ulis cellis incluſos. Iſidorus Orig. libr.
,cap. 3. ſecutus Iuſtinū ſingulos in ſin-
ulis cellulis ſeparatos fuiſſe affirmat.
piphanius vero non quidem ſingu-
los

los cubiculis seceſſiſſe, ſed binos ædic
obſirmatos interpretationi invigil
ſe: quod & Iuſtinianus Imp. ſecu
Novel.146. qui binos ſeorſim conclu
diverſis locis interpretationem con
ciſſe ait. Auguſtinus deniq; ſcribit ſe
ratim ſingulos ſediſſe: ita enim illor
fidem explorare voluiſſe Ptolemæun
Idem & Thalmudiſtis perſuaſum fu
Nam in libro, quem *Tractationem ſcri*
rum vocant, tradunt, Ptolemæum 70. i
terpretes cellis incluſiſſe, Deumq; ill
rum mentem ita duxiſſe, ut cum ſepa
tim ſinguli meditarentur, cōſentient
undiquaque omnes ſcriberent. Sed gr
viter obnititur huic de cellulis ſente
tiæ Hieronymus, cuius hæc verba pr
logo in Pentateuchum: *Neſcio quis pr*
mus auctor ſeptuaginta cellulas Alexa
driæ mendacio ſuo exſtruxit, quibus div
eadem ſcriptitarent, cum Ariſtæas eiuſde
Ptolemæi ἀναθεωρήσεις & multa poſt tem
pora Ioſephus nihil tale retulit, ſed in u
baſilica congregatos contuliſſe ſcribant, n
prophetaſſe. Vide Hieronymum Proœ
trad

adit. Hebraicæ in Geneſin. in Ezechie-
m cap. 5. in Micheam cap. 3. *Aliud eſt*
im vatem, aliud eſſe interpretem. ibi Spi-
tus ventura dicit, hic eruditio & verbo-
um copia ea quæ intelligit transfert. Pro-
ogo in Paralipom. *Septuaginta cellulæ,*
æ vulgo ſine autore feruntur. lib. 2. ad-
erſus Ruffinum: *opinionem nullo certo au-*
re ſubnixam & rumore collectam dicit.
anc tamen de ædiculis aſſertionem
ariſſimorum teſtium autoritate ſubni-
am videmus: ideoq; ut non facile eam
eceperim, haud temerè tamen repu-
iarim. Cum enim ſumma autoritas
uic interpretationi ex admirando iſto
mnium conſenſu, locis inter ſe diſtin-
is conſediſſe interpretes exiſtimare
onvenit. Nam ſi conjuncti inter ſeſe
ommunicare potuerunt, facile omnia
ib unum redacta ſuffragium eodē colo-
e enituerunt: nec tanta ſtuporis ſpecie
roponenda explicatio undiquaque ſibi
ōſentanea, & ne minimo quidē diſcre-
ans veſtigio! uno ſpiritu, uno animo ef-
uſa. Et ſanè veriſimile Ptolemęū ſeorſim

interpretationem adornare illos vol
isse, ne capita conferrent, & de comp
cto sive nonnulla celarent, sive perp
ram verterent. Unde Philo & Cleme
ob stupendum hunc & ne in minim
quidem variantem consensum προφητι
ας vocant, non quod futura præsagiu
sed ut præstantiam interpretationis n
tent, ipsosq; interpretes sancti Spirit
donis plenos, divino instinctu æquab
tenore eadem retulisse: ut Græcoru
animos tenebris & caligine stuporis o
ductos, hac face accensa illustrarent. Ca
ferum Judæi & alij affirmant 70. seni
res sæpe perperam vertisse aut à font
bus Hebræorum quam latissime rece
fisse, sæpè etiam obscuritate rem ipsam
involvisse: quod nec Hellenistæ negan
Augustinus ut excuset 70. à librarijs
hæreticis corruptam interpretationem
censet. Quod locum invenit, si poster
ora tempora spectemus. Hellenistæ ve
ro ut objecta eludant, de industria he
feciſſe 70. Seniores ajunt, ut plurima ce
larent gentes, cum sacræ & divinitus da

tæ Judæorum leges: ideoque vernaculis ipsorum literis conscripta, ne aut profanis ridicula viderentur, aut gentibus communicata vilescerent, hoc modo ita converti oportuit. Ob quam causam & sapientes seu scribæ Judæorum plurima in sacris literis mutarunt. Sed cum ne verbo quidam discreparent in tota interpretatione, qua ratione quæso in singulis istis locis concurrerent, quæ obducta oportuit, aut quomodo uno eodemque interpretationis velamento omnes usi sunt, si cellis secluſi nequicquā inter se communicarunt? Invitus hęc refero, qui pio errori lubens faverem, nisi renitentem veritas retraheret. Sed istiusmodi alios quoq; induxerunt, ut sententiam de ædiculis rejicerent, quam & dissensus Justini & Ephiphanij infirmiorem reddunt. Ille enim singulis unam, hic vero binis tribuit. Justinum denique Judæorum commentis aures præbuisse credulas sponte sua verisimile, qui de cellulis illa confixerunt, ut miraculum consentientis interpretationis augerēt.

Communi verò fama Helleniſtis Alexandrinis opinionem de cellulis obhæſiſſe exiſtimo, unde veſtigia ædicularū monſtrata fuerunt. Quod vero Philo Judæus ſcribit, quotannis Judæos Alexandriæ in Pharon inſulam confluere, & publica ac ſolenni feſtivitate locum decorare, in qua hæc librorum ſacrorum interpretatio facta, de Judæis Hieroſolymitanis minimè probabit. Multa ſanè in eo loco Philo conciliandæ admirationi ingenti ſtrepitu profert. Seculi ſui decus Joſephus Scaliger luculento opere de Emendatione temporum lib. 7. in computo Judaico & Calendario Judaico. Iſagogicorum Canonum, ex Judæorum factis omnia eorum jejunia collegit & deſcripſit, quæ ſemper inſtituta ob νεομηνίαν aut publicam calamitatem, & caſus adverſos. Inter ſolennia illa jejunia cenſetur 7. dies Thebeth propter legem temporibus Ptolemæi interpretatam. Ergo & hoc inter illa referunt, quorum cauſa jejunia celebrata. Jam docui, minimè inter Judæos Hieroſolymitanos & Helle-

Helleniſtas ob hanc interpretationem convenire, qui legem in ſermonem profanum transfuſam, & gentibus communicatam ægrè ferunt. Quare Philonem hæc de Solis Alexandrinis Judæis aut Helleniſtis retuliſſe judicandum eſt, aut confudiſſe ſolennem feſtivitatem, & ſolenne jejunium. Judæos tamen & Helleniſtas cetera conſentire certũ eſt: ſola hac interpretatione animis diviſos. Sane vehementer offenſos iſta translatione Hieroſolymitanos conſtat. Cum propter illam jejunium inſtituere ſuſtinuerunt, quod etiam illa ratione inter calamitates publicas merito recẽſent, quod & Chriſtiani adverſus illos ea utantur.

CAPVT VI.

Auctoritas interpretationis 70. ducta ex teſtimonijs ſcriptorum Eccleſiaſticorum qui conſenſum interpretum ſtatuunt. veteres Eccleſiæ doctores adverſus hæreticos & gentes ea uſi, publicè in Synagogis Judæorum propoſita. Tertullianus emendatus.

SED ne partes deseruisse videa
eorũ verba proferam, qui con
sonantiam interpretationis su
spiciunt, & adfirmant, neq; enim ad rem
pertinet, inani opera disputare an cellu
læ singulos separatos, an una basilica jun
ctos incluserit. Mirifice nec citra suspi
cionem vanitatis consensum interpret
extollit Philo de vita Mosis lib. II. fol. 510
ἐνθουσιῶντες προεφήτευον οὐκ ἄλλα ἄλλοι, τ
δι' αὐτὰ πάντες ὀνόματα καὶ ῥήματα, ὥσπε
ὑποβολέως ἑκάστοις ἀοράτως ἐνηχοῦντος. ve
lut numine correpti vaticinabantur, non
alij alia, sed omnes eadem verbatim, qua
inspirante quopiam & invisibiliter dictan
Lib. I. Stromat. fol. 148. *te.* Clemens Alexandrinus eundem con
sensum narrat, & probabilem ejus cau
sam addit: ἑκάστου δὲ ἐν μέρει κατ' ἰδίαν ἑκά
στην ἑρμηνεύσαντος προφητείαν συνέπνευσα
αἱ πᾶσαι ἑρμηνεῖαι σύναντι βληθεῖσαι, καὶ τὰ
διανοίας καὶ τὰς λέξης. θεοῦ γὰρ ἦν βούλημα με
μελετημένον εἰς ἑλληνικὰς ἀκοάς. οὐδὴ ξένε
ἐπιπνοίᾳ θεοῦ, τοῦ τὴν προφητείαν δεδωκότος
καὶ τὴν ἑρμηνείαν, οἱονεῖ ἑλληνικὴν προφητεία
ἐνεργεῖσθαι. *Cum autem unusquisq; ex sua in*
terpre

erpretatus esset prophetia, omnes simul in-
erpretationes sententijs & dictis consense-
unt. Dei enim consilium singulare, qui Gra-
orum auribus illa præparaverat. Neq; ve-
o ab inspiratione divina alienum, ut qui
rophetiam dederat, interpretationem quo-
ue tanquam græcam prophetiam daret.
renæus adversus hæreses lib. 3. ita scribit:
Ptolemæus experimentum interpretum su-
nere volens, & metuens ne fortè consenti-
ntes veritatem scripturæ absconderent, se-
arans eos, jussit omnes eandem interpre-
ari scripturam. Convenientibus autem
psis præsente Ptolemæo, & comparantibus
uas interpretationes, Deus glorificatus est.
Et scripturæ vere divinæ sunt creditæ, omni-
bus eandem & ijsdem verbis & ijsdem no-
minibus recitantibus ab initio ad finem, ut
entes cognoscerent per inspirationem Dei
nterpretatas esse scripturas. Tert. Apolo-
getico. *Septuaginta duos interpretes, Me-*
edemus de sententia communione suspexit.
Magnam sanè illam oportuit, quæ & Cy-
icum flecteret. Quanquam Josephus Me-
edemi admirationem inde ortam affirmat,

quod tam commodè & appositè ad quæstiones propositas respondissent. Sanè & Augustinus refert, mirabilem ac stupendum planeque divinum in eorum verbis fuisse consensum, ut cum ad hoc opus separatim singuli sederint, in nullo verbo quod idem significaret, vel in verborum ordine alter ab altero discreparet, sed tanquam si unus esset interpres, ita unum erat quod omnes interpretati, quoniam revera spiritus in omnibus unus. Inde & idem Augustinus addit: *hæc interpretatio tam mirabile Dei munus accepit, ut illarum scripturarum tanquam divinarum commendaretur auctoritas.* Sanè etsi aliæ subortæ interpretationes, tamen illam solam recepit Ecclesia, eaque usi Græci populi Christiani, qui nullam aliam norant. & eodem lib. cap. 44. unum cum Hebræa & divinâ appellat. & lib. II. de doctrina Christiana cap. 15. 70. interpretum magnam auctoritatem, eosque per omnes peritiores Ecclesias tãta præsentia Spiritus sancti interpretatos ut omnium tot hominum fuerit. Maximam

pro

profectò illius authoritatem, & quare omnibus alijs præferenda copiosè docet de civitate Dei lib. 17. & 15. cap. 11. de hoc tamē teste (adversus quē nulla exceptio admittatur) docti dubitant: minimè peritū censorē certū est. Hoc n. non conveniebat, nisi qui accuratè Græcè & Hebraicè doctus. Eadem tamen ferè tradit Irenæus lib. 3. *Apostoli cum sint his omnibus vetustiores consonant interpretationi, & interpretatio consonat apostolorum traditioni. Etenim Petrus & Joannes & reliqui, atq; horum sectatores prophetica omnia ita annunciaverant, quemadmodum seniorum interpretatio continet. Unus enim & idem Spiritus Dei, qui in prophetis prædixit, & in senioribus interpretatus est, quæ prophetata fuerant.* Ipse denique Hieronymus præfat. in Paralip. *Spiritus sancti afflatu 70. ex Hebræis illa transtulisse* ait. Eandem ob causam in veteribus concilijs plerumque sola interpretatio hæc adversus hæreses præsidio fuit: & ab Origine Epist. ad Africanum Cyrillus catecheſi 4. Chrysostomo in

Homilijs & alijs passim Ecclesiæ doctoribus non tantum recepta, sed & commendata est. Tanta profecto ejus auctoritas, ut veteres Ecclesiæ doctores contra gentes disputantes ad eam provocarint, ut ex Justino patet, Tertull. Apologetico: *Hodie apud Serapæum Ptolemæi Bibliotheca, cum ipsis Hebraicis literis exhibentur.* Etsi Tertuliani ætate Alexandrina Ptolemæi Bibliotheca jam olim consumpta igne, & in cineres redacta esset, simulq; haud dubiè vetus illa 70. interpretatio. Sed restaurata Bibliotheca, repositi consimiles libri, quorum tamen magnam autoritatem oportuit, si etiam ad illos Tertullianus gentes vocare susteneat. Quin & Synagogæ Judæorũ hanc 70. interpretationem susceperunt, & cum Græca lingua ferè omnibus notam & familiaris, quacunque orbis regione Synagogam aperuerunt, publicè græca hæc interpretatio lecta & proposita, quod & sua ætate usitatũ fuisse ostendit idem Tertull. Apologet: *Sed & Judæi palam lectitant: vectigalis libertas vulgo au-*

ditur

litur sabbatis omnibus, qui audierit, inve-
niet Deum. Ita n. locus iste distinguen-
lus & emendandus. Vitiose enim vulgo
conceptus: *Vectigalis libertas vulgo audi-*
us sabbatis omnibus. nullo idoneo censu.
udæi, inquit, 70. interpretationem pa-
am lectitant, ea lectio vulgo auditur
abbatis omnibus. *Vectigalis est libertas,*
hoc est, hanc libertatem audiendi & le-
endi pecunia siue tributo redemerunt.
ta cum ævo Justiniani Imp. inter Judæos
& Helleniſtas orta controversia: Iudæi
ola Hæbraica lingua utendũ in lectione
acrarũ literarum: alijs vero Græcam ad-
ibendam censentibus: constituit Justin.
Novell. 146. ut qui græca lingua legerẽt,
iblia, uterentur interpretatione 70.
quæ omnibus exactior est, & præter cæ-
eras multa continet occulta: præser-
im vero propter id quod interpretando
ccidit. Nam cum diversis locis conclu-
si interpretarentur unam tamen o-
mnes compositionem e-
didisse.

CAPUT

CAPVT VII.

Conciliata autoritas translationi 70. peritia interpretum & libris incorrupti quibus usi. Diremta dissensio, an ijs quos at tulerunt libris, an vero quos Eleazarus pr misserat, usi sint.

EX istis profectò satis superq; pa tet, quantum huic interpreta tioni pleriq; veterum Eccles doctorum tribuerunt, quorum opinio nem juvabimus, ut major enitescat in terpretationis istius authoritas. Quo sanè fiet, si observemus Eleazarum sum mum Iudæorum pontificem, qui 70. in terpretes delegit, & in Ægyptum able gavit, eruditionis & præstantium virtu tum cultu inclitum, & hac fama exteri celebrem. Ita enim ex Hieronymo ad versus Ruffinum, Zonara lib. 1. Annal. & alijs antiquis colligere licet. Hujus igi tur judicio credi potest, illos interpreta tioni delectos fuisse, qui & vitæ probi tate, & excellenti eruditione illustres Aristæas suæ tribus præstantissimos me

mora

orat divinarum rerum ſcientia excul-
s. Peritos legis & diſciplinæ Moſaicæ,
nguæq; Hebraicæ & græcæ omnino o-
rtuit. Philo Iudæus lib. 2. de vita Mo-
ex Hebræis doctiſſimum quemque
æter patrias literas Græcis etiam eru-
um, miſſum à Iudæorũ pontifice, ait.
emens Alex. περὶ τὰς γραφὰς ἐμπείρους,
τῆς ἑλληνικῆς διαλέκτου εἰδήμονας, ſcri-
. Multarum vero rerum cognitione
ſingulari ſapientia præditos fuiſſe o-
rtet, cum ad Ptolemæi varias quæſtio-
de Deo & naturali ſcientia tam com-
odè & eruditè reſponderunt, ut etiam
enedemo philoſopho admirationem
ncitarint. Ita enim Ioſephus libr. 12.
. 11. ſcriptum reliquit. Philo de vita
oſis ἀπεπειρᾶτο τῆς ἑκάστου σοφίας καινὰς, Lib. 1. fol. 509.
ὁ τὰς ἐν ἔθει ζητήσεις προτείνων. οἱ δὲ εὐ-
ως καὶ εὐθυβόλως τὰ προτεθέντα διελύοντο.
inquit, *tentaturus cujusq; ſapientiam*
vulgares propoſuit quæſtiones, quas illi
im aptè & breviter explicabant. Di-
igitur qui tam præclarum opus ſuſci-
ent, cui pares fuiſſe exiſtimandum
eſt.

est. Libros vero quibus in vertendo u
omnino incorruptos fuisse censendun
etsi oboriatur dubitatio, quibus illi libr
usi, an ijs quos publica auctoritate d
scriptos in Ægyptum transmitti curav
Eleazarus, an vero ijs, quos deinde ip
attulerunt. Scribit enim Epiphani
Ptolemæum priori Epistola libros ta
tum petijsse, quos ad ipsum aureis lite
descriptos miserunt. Cum vero nulli
usus peregrino ideomate (cujus imp
riti Græci) conscripti, tum demum i
terpretes postulasse: qui an denuo libr
secum asportarint, ex Epiphanio min
mè colligas. Iustinus Martyr Apolog.
Augustinus de civitate Dei lib 18. prim
per epistolam libros, quos cum Æg
ptij non caperent, deinde missa legati
ne interpretes impetrasse narrant. Cl
mens vero Alexandrinus septuaginta
niores libros secum attulisse refer
Quocunq; modo res sese habeat paru
interest, dum incorruptos libros statu
mus. Quod si illos in versione sequut
quos Eleazarus primo ad Ptolemæun
mis

miserat; hos quidem incorruptos crediderim, cùm omnino intacti manserint. Nemo enim Ægyptiorum aut Græcorũ legere, ne dicam intelligere eos potuit, unde accersiti 70. interpretes. quos istis usos nullo genere fit verisimile. Aureis enim literis, nisi & hoc Helleniſtarum vanitati tribuamus, descripti & in hoc parati, ut in Bibliotheca reponerentur. Quare 70 interpretes alios usui suo destinatos attulerunt, qui integri nec ulla corruptelæ aut depravationis nota inquinati, eaq; ratione sublata omnis hæsitatio, quæ ex diversitate narrantium emergere poterat.

CAPVT IIX.

Alia autoritatis argumenta, à tempore quo peracta hæc translatio, & autoribus, qui eam curarunt.

QUanquam profecto sine causa istiusmodi autoritati concilianda producantur: quæ quidem omnia si negligamus aut ignoremus, autoritas

toritas nihilominus constabit. Ingrati imò indigni, nisi providentiæ divinæ in gens beneficium agnoscamus, & admi remur, scripturã sacram tanquam pro priam & peculiarẽ Iudæorum Hebræi consignatam litteris plurimis annis an te exortum salutare Christi fidus græc sermone indutam: ipsis Iudæis inviti veritatem effluxisse: Ptolemæum Phila delphum regem impiũ superstitiosum que Iudaicæ gentis hostem, hoc tam lau dabile opus toti Christianæ posteritat exhibuisse. Familiare enim divinæ pro videntiæ, ut res Ecclesiæ utiles, ipsi eju hostes efficiant, quo divina consilia evi dentius exposita eluceſcant. Et nisi an te felicissima illa tempora, quo Christu hominem induit, opus hoc græcæ inter pretationis absolutum fuisset, flagrante livore & odio Iudæi, sordibus & mendi depravatam scripturã, aut mira obscuri tate involutã prodidissent. Hoc observã Euseb. προπαρασκευῆς εὐαγγελικῆς lib. 8 ita scribit: *Cum Christi tempora propiora & toti orbi conducerent, ut quacunq; à pro*

phet

etis tradita gentibus Graco sermone pro-
nerentur, quo tum plurimæ nationes ute-
ntur, Hebraicam scripturam Græcè expo-
am. Quam post Christum natum puram
incontaminatam non habuissemus, cum
dæi sive ex invidia eam occultassent, aut si
ram dedissent, ipsos interpretes facilè in
rruptelæ suspitionem vocassent. Optimo
gitur consilio Ptolemæo regi Ægyptio-
um cupiditatem hos libros traducendi
iecit. Græco autem sermone indui fi-
ei nostræ instrumenta voluit Deus, sive
t ait Eusebius, quod ille longè lateq; fu-
us, plerisque gentibus usitatus, sive ut a-
erta via penetrandi ad hæc mysteria
hilosophis, quibus lingua ista familia-
is & inprimis exculta. Et propè jam ad-
niserim, quod de Theopompo refert
osephus, si tamen vera narratio, eum
ente captum fuisse, cum legis divinæ
on pauca in historiam suam transtuliss-
et. Quo pertinet quod Lactantius lib.
. scriptum reliquit, Philosophos inda-
gandæ veritatis amore accensos, ad re-
notissimas penetrasse gentes, ut earum

ritus & sacra cognoscerent, (suspicabatur enim in religione sapientiam) ad Judæos tantum non accessisse, communi suffragio viles & ridiculæ superstitionis damnatos: penes quos tamen sola erat, & quo facilius ire potuissent. Nempe suæ providentiæ consilio voluit Deus regiâ & publicâ auctoritate ad nos manare divina præcepta, ut memoriæ annalium referrent, invitis & hostibus beneficium nos extorsisse, unde & majus autoritatis pondus etiam apud adversarios & fidei hostes esset. Adde ante hæc tempora Christi adventu viciniora nefas fuisse, religionem veri Dei innotescere, quam Christus cœlo dimissus gentibus revelaturus erat.

CAPVT IX.

Libros Mosis ante hanc septuagintæ interpretationem Græcè conversos fuisse. hac vero interpretatione non tantum Mosis libros, sed totam scripturam Græcè translatam, pluribus ostensum: simulq; explosa diversa censentium opinio.

Cum

CUM vero hęc interpretatio peracta demũ Olympiade 125. subit admiratio, qua ratione tot annis intactæ Judæorum literæ, nec gentibus notæ, cum Græcorum tam curiosa felicitas, ut nihil omnino Barbaræ Philosophiæ intactum reliquerint, quo nomine longinquæ illis cum gravissimo periculo susceptæ peregrinationes, ut ritus & sacra peregrina, aut si quæ alia recondita sapientiæ vel quovis fonte haurirent. Merito igitur harum rerum curiosi ambigunt, an sacra scriptura prima hac interpretatione græcè exposita, an vero idem opus alijs susceptum. Aristæas & Iosephus narrant Demetrium Phalereum interroganti Ptolemæo respondisse, neminem ausum quicquam legum sacrarum transferre, & alio idiomate invulgare, cum sanctæ & divinæ. Vnde & nonnullis infelicius cessit, qui hoc conati essent. Ita [a] Theopompum cum Historiæ suæ quædam ex ijs miscuisset, mente captum, post 30. dies furere desijsse. Theodectem v. Tragicum oculis ob eandem

[a] Cedrenus compendio fol. 136.

dem causam orbatum fuisse ajunt. Quæ (ut alia ab Hellenistis haud dubiè conficta) instituto sermoni minimè conferunt. Quicquid sit, periti veteris Philosophiæ norunt plurima Mosaicæ doctrinæ traducta à Philosophis, quæ nisi ipsi à Chaldæis aut Hebræis in eorum regione sive ab alijs qui traditione acceperant, hauserunt, certè libris vulgata oportuit. Infinita ex sacris transtulisse Philosophos multis docet Eusebius προπαρασκευῆς εὐαγγελικῆς lib. 9. c. 3. Aperte vero Clemens Alexandrinus 1. Stromat. pag. 148. ex Aristobulo refert, Platonem leges Mosaicas secutum & plurima ex ijs transtulisse in libros suos διειρμήνευται δὲ πρὸ Δημητρίου ὑφ' ἑτέρου πρὸ τῆς Ἀλεξάνδρου καὶ Περσῶν ἐπικρατήσεως τὰ δὲ κατὰ τὴν ἐξ Αἰγύπτου ἐξαγωγὴν τῶν Ἑβραίων τῶν ἡμετέρων πολιτῶν, καὶ ἡ τῶν γεγονότων ἁπάντων αὐτοῖς ἐπιφάνεια, καὶ κράτησις τῆς χώρας, καὶ τῆς ὅλης νομοθεσίας ἐπεξήγησις. *Ante Demetrium inquit, (Aristobulus, priusquam rerum potirentur Alexander & Persæ versa fuerunt, quæ ab Hebræis* nostris gesta fuerant in exitu ex Ægypto et ~~deseri~~ quæcunque eius insignia facta erant et apparuerant in regionis per vim quæsita possessio et omnium, quæ lata sunt, legum descriptio

descriptio. Eusebius προπαρασκευῆς εὐαγγελικῆς libr. 13. ex eodem Aristobuli libro ad Ptolemæum regem refert Platonem innumera ex Mosis libris transtuliſſe. Ante Alexandrum vero & Persarum imperium, quinque Mosis libros, (etsi parum commode) traductos fuiſſe affirmat. Et Ambrosius non pauca Platonem transtuliſſe ex Salomonis canticis tradit. Sed ut rectè & distinctè hanc litem determinemus: quæcunque veteres Philosophi Mosaicæ disciplinæ ingenij sui monumentis admiſcuerunt, ea sive ex sacræ scripturæ liberis quovis auctore converſis, aut ab ipsis Chaldæis acceperunt. Maximas enim peregrinationes huic fini illis suſceptas plurimis docui Comment. de Polymathia cap. 28. Quod etiam Lactantius libr. 4. cap. 2. & Hieronym. epiſt. ad Paulinum asſerunt. Aristobuli autem sententiam omnino sequendam censeo, qui si rectè capio eius verba, solum Pentateuchon ante Alexandri imperium Græcè redditum fuiſſe commemorat. Hoc enim quærebant

Græci, ut initia rerum, in quibus miri
ficè laborabant, ritus gentium & lege
varias addiscerent, quibus omnib. scien
tiæ illa aviditas in ipsis extingui poterat
quã nunquã ad Prophetarũ oracula emi
serunt: in quibus planè nihil quod illo
capere poterat, aut quod scire magno
pere desiderarent. averfi enim stomach
ab istiusmodi erant. Nam quod Ambro
sius existimat plurima ex Salomonis
Canticis à Platone translata, non videc
quæ intelligat præter illa, quæ Plato in
Sympofio, Phædro & Alcibiade disputat
de amore. At vero quam dissimile hoc
plumbum isti auro. Nam quæ Platonis
istæ delectationes, de amore planè cœ-
lestes & divinæ. Philosophis, sed ijs pau-
cis Socraticæ Philosophiæ gnaris cogni-
tæ, de quibus Salomon ne per somnium
quidem cogitavit: uti nec Plato de Sa-
lomonis mente, quam miris sententia-
rum tormentis interpretantur, non mi-
nus facundi allegorijs, quam Platonici
Idæis. Nec omnino putarim (si vulga-
ta totius sacræ scripturæ editio) illam in-

ter

er tot volumina Alexandrinæ Biblio-
hecæ repoſitam non fuiſſe, cum varia-
um gentiū monumenta Græcè tranſ-
ata in ea recondita conſtet: & priuſquā
æc interpretatio inſtituta jam viginti
nillia, ut Ioſephus, ſeu ut Epiphanius
quinquaginta quatuor millia volumi-
um repoſita. Et ſi vera ſunt, quæ de li-
eralitate Ptolemæi & ſumptibus huic
nterpretationi erogatis antiqui narrant
quibus tamen veritatis ſtudioſi ægrè aſ-
entiētur) nunquā putarim tanta inpen-
à hoc redempturum regem, ſi ſcripturæ
ācræ editio Græca jam publicata fuiſſet.
deoq; notare videtur [b] Epiphanius De-
netrium Phalereum, ſeu quiſquis fuerit
jus bibliothecæ præfectus, ut facilius
egem ad hoc opus ſuſcipiendum indu-
eret, & deſiderium concitaret, adieciſ-
ē: πεϱὶ τῆς ἱεϱοσολύμοις καὶ ἐν τῇ ἰουδαίᾳ ὑ-
πάϱχουσι βίβλοι θείᾳ τῶν πϱοφητῶν διηγέ-
σθαι πεϱὶ θεοῦ, καὶ τῆς κοσμοποιίας καὶ τῆς ἄλ-
λης πάσης κοινωφελοῦς διδασκαλίας. Pro-
hetarum recenſet libros varia & utili
octrina plenos. Nam ſi ſolos Moſis li-

[b] De menſuris & ponderibus fol. 536.

bros retuliſſet, non poterat laudabile in
ſtitutum regi probare: ij enim haud du
biè in Bibliotheca repoſiti. Quamobr
Ariſtobuli ſententiam veram recep
rim. Unde & hæc 70. interpretatio, qua
ſcilicet integra & plena, omnium libro
rum, & publica autoritate ſuſcepta ſola
remanſit, & poſteritati tranſmiſſa eſt
reliquæ omnes fugitivæ & obliviæ facta
penitus perierunt. Neq; enim opinion
Ioſephi & Ariſteæ, quam Hieronymu
ad Ezechiel. cap. 5. & 15. & Miche
cap. 2. amplecti videtur, aſſentior: qu
ſolos [c] Moſis libros ab interpretibu
ſeptuaginta converſos affirmant. V
taceam elevare nos autoritatem totiu
interpretationis, niſi eam omnes ſa
cræ ſcripturæ libros complexam ſtatu
amus, quibus quæſo autoribus reliquo
rum librorum interpretationem aſſera
mus? Symacho, Theodotioni, aut ali
qui ſcripturam depravarunt. Non repe
tam faſtidiosè quæ ſecutus Ariſtobu
lum jam adduxi: ſed dubiæ Ariſteæ auto
ritati opponam Clementis teſtimon

[c] Vide Andream Maſium præfat. in Joſuam pag. 119. Bellarm. de verbo Dei cap. vi. lib. 2.

um

um, adversus quem nulla omnino exceptio locum habet. τὰς γραφὰς, τὰς τε νόμε, καὶ τὰς προφητικάς, legum & Prophetas Ptolemæi Philadelphi jussu conversas affirmat. Apertè vero & disertissimis verbis Eusebius προπαρασκευῆς εὐαγγελικῆς lib. 3. ex Aristobuli libro ad regem Ptolemęum: Nos omnes scire ait, (tanquam in rę manifesta) & omnibus nota ante Demetrij Phalerei tempora, imo Persarum imperium quinque Mosis libros parum quidem commodè in Græcam linguam versos fuisse. Totam vero scripturam nostram sacram Demetrij Phalerei opera & Philadelphi regis jussu rectè translatam. Epiphanius vero narraturus historiam interpretationis, omnes Judæorum libros sigillatim recensęt, ac qua ratione singuli traducti, narrat: deinde vero Judæos transmisisse scribit 20. veros & genuinos, septuaginta duos apocryphos libros. Chrysostomus deniq; adversus Judæos: prophetarũ libros hac interpretatione conversos usq; ad sua tempora asservari ait. Ad-

Vide Possevinum in apparatu sacro Tom. 2. fol. 392. & seq.

de veteres Ecclesiæ patres uti interpretatione 70. non tantum in ijs, quæ ex Pentateucho adducunt, sed passim quoties aliquid ex varijs scripturæ libris in testimoniũ advocant. Ita Justinus Martyr disputat adversus Tryphonem Judæum 70. interpretum translatione in Esaiæ loco usus est. Ex quibus omnibus certo constat, septuaginta interpretes non tantum legem Mosaicam, sed Prophetarum oracula & libros historiarum transtulisse: ut operæ non sit attendere quid Josephus & Judæorũ schola statuat. Qua præterea fronte, aut quo colore asseramus Ptolemæum flagrantem ingenti desiderio congerendis omnis generis monimenta literis consecrata, solum legem Mosis reposuisse, neglectis Prophetarum oraculis atq; omnibus alijs sacræ scripturæ libris. Tanti profectò non erat tot muneribus sollicitasse Judæos, sumptus immensos erogasse, ut solam Judæorum legem adipisceretur, præsertim jam ab alijs Græcè conversam. Nec putarim legẽ Mosis ab alijs divinæ scripturæ mo-

monimentis distinctã aut seperatã fuisse. Tradit enim Clemens Alexandrinus 1. Stromatum & alij, in captivitate Babilonica interijsse totã scripturã, quam Esdras sacerdos divino stimulatus instinctu collegit & redintegravit. Hæc igitur editio exhibita Ptolemæo. Philo de vita Mosis Ptolemæi cura conversam legem, seu ut ipse vocat διατιθεμένας νόμους leges oraculo proditas, (intelligit totã scripturam) νόμος enim generaliter totam scripturam notat, ut Ioannes cap. 15. quod & Psalm. 34. adducit, perscriptum erit ἐν τῷ νόμῳ. Lib. 2. fol. 51.

CAPVT X.

Septuaginta interpretes multa in veteribus editionibus interpolarunt, multa de suis addiderunt.

QVAM vero interpretandi rationem secuti sint vulgo constat, & judicio veterum cognitũ & prævestigatum habemus. Quædam illos adjeciisse, quæ in Hebræo codice non erant, quo

quo rem apertius explicarent & myste-
ria manifestoria proponerent: alia su-
pervacua[d] misisse: sæpe etiam[d] verba de
suo adjecisse, quæ deinceps obeli nota
indicavit Origines, ut Epiphanius prodi-
dit. Quem explicandi modum illos ob-
servasse etiam Augustinus docet de civi-
tate Dei lib. 17. cap. 43. de doctrina Chri-
stiana lib. 2. cap. 15. lib. 4. cap. 7. & Hi-
larius in Psalm. 143 & 144. Hieronymus
præfatione traditionum Hebraicarum
in Genesin: *Neq; vero 70. interpretum er-
rores arguimus, neq; vestrum laborem illo-
rum reprehensionem putamus, cum illi Ptole-
mæo regi mystica quæq; in scripturis prodere
noluerint, & maximè ea, quæ Christi ad-
ventum pollicebantur, ne viderentur Judæi,
& alterũ Deum colere, quos ille, Platonis se-
ctator magni idcirco faciebat, quod unũ Deũ
colere dicerentur.* Sive autem adjecerint
de suo, sive quæpiam ademerint, sive ap-
positis dictionibus involuta explicarint,
instinctu Spiritus sancti, nequicquã in-
vertisse aut illicitè fœdasse contactu ve-
teres Ecclesiæ magistri, & imprimis Au-

gusti-

[d] Vide Masium præfat. in Josuam. Bellarm. de verbo Dei lib. 2 cap. 6.

gustinus existimat. qui etsi Judæi 70. in multis errasse contendant, *tamen* inquit *Ecclesiæ Christi neminem illis præferendum iudicant.* Multis sane & ferè præter rationem etiam corruptam commendare videtur, sive invidia aliorum, qui Hebræam veritatem sectabantur, sive imperitiâ aut studijs raptus.

CAPUT XI.

Post Christi adventum variæ factæ interpretationes lib. sacrorum. Aquila Synopæus, Symmachus Samaritanus, Theodotion interpretatores bibliorum. Editio quinta & sexta. Originis, Luciani & Hesychij studium in corrigendis biblijs. Vulgata editio incerti autoris est.

HANC 70. interpretationem variè deinde post Christi adventum sacrorū librorū secutæ editiones. [a] Aquila Synopæus Ponticus, qui sub Adriano floruit, primus biblia post 70. in Græcū transtulit an. Ch. CXXXIX. Adriani XIX. Sed cū à Christianis ad Judæos

[a] Vide Masium præfat. in Josuā pag. 121. Possevinum in apparatu sacro pag. 113. à nonnullis creditur esse Onkelos.

os defeciſſet, atq; ita Hebræam linguam leviter arripuiſſet, in odium Chriſtianorum novam editionem paravit: ut 70. interpretationem, qua Chriſtiani utebantur, aut depravaret, aut penitus tolleret. Nam quæ de Chriſto in ſacris vaticinia, ut gratiam Iudæorum aucuparetur, aut aliter quam 70. convertit, aut obſcuritate in volvit. Hujus tamē interpretationem ut Judæi in Synagogis proponerent, conceſſit Juſtinianus Novella 146. etſi eam à 70. non mediocrē differentiā habere conſtaret. LVCIO vero imperante Aquilæ ſtudium æmulatus [b] Symmachus Samaritanus ſectæ Ebionitarum, à quibus tranſgreſſus ad Judæos denuo circumciſus eſt. Vt igitur in Iudeorum partes ſerio ſe tranſmigraſſe oſtenderet 70 interpretetioni odio Samaritarum qui ea uſi, quicquid potuit detraxit, & quæ de Chriſto prodita malitioſe invertit. Theodotion deinde Epheſius, Commodo imperante (cum relicta Martionis hæreſi ad Iudæos tranſiiſſet) ut Marcionitas erroris convinceret,

[b] Vide Bellarminū de verbo Dei lib. 2. cap. 5.

quæ-

quæcunq; ipsorum opinionem iuvare videbantur apud 70 ita interpolavit, ut novam penè interpretationem concinnarit. [c] Caracallæ imperio apud Hierichuntē in dolio absconsa, quinta emersit editio. Sexta denique tempore Alexandri Mammeæ & ipsa Nicopoli in dolio occultata; & septima, aliæque ne autorum quidem nomine distinctæ. Incredibile dictu quantum sibi quisque indulsit, dum omnia pro lubidine intorquent & ad sensus suos adjungunt. Plena igitur mendorum Græca editio, & omni parte corrupta ac depravata: quod [d] Luciani, Hesichij & Origenis studium excitavit, qui omni conatu ex sacra scriptura quæcunque immutata aut corrupta tollere laborarunt. Et Origines quidem trecentis ferè annis postquam nata 70. interpretatio, aggressus opus magnæ molis, quod ratione distinctionis tetraplum, hexaplum, heptaplum & octaplum appellavit, quia Hebræam, Græcam & sex alias interpretationes composuerat, Aquilæ scilicet Symmachi, Theodotionis,

[c] Anno Christi CCXIX. Caracallæ VII. juxta Rabanum Maurum in Chronic. MS.

[d] Suidas in verbo *Lucianus Martyr.*

&

& duas istas in dolio repertas. Has enim in octaplis locum obtinuisse refert Epiphanius & ex illo e Cedrenus. Etsi Hieronymus auctor catalogo scriptorũ Ecclesiasticorum Originẽ præter illos tres Aquilę, Symmachi, Theodotionis, quintam sextam & septimam in hexapla contulisse, easq; ex Originis Bibliotheca se habuisse fatetur. Quod etiam Isidorus Originũ lib. 6. cap. 3. confirmat. Quamvis Græci nullã aliam septimam memorant, præter illam Luciani Martyris qui post Originẽ sub Diocletiano & Maximiano Impp. vixit. Idem tamen Hieronymus alias duas interpretationes minorum prophetarum se vidisse ait. Origines autem in spatia octo paginas, ut ita dicam, columnatim distribuerat, & interpretationes ita collocaverat, ut omnes simul conspicerentur. Primum & secundum spatium Hebræa editio: tertium 70. alia deniq; aliæ interpretationes occuparant. Opus ingentis laboris & 18. demum anno ut Cedrenus tradit absolutum, magni tamen usus: nam ha-

e In compend. fol. 208.

ratio

tione, ut rectè notat Epiphanius, imeriti Hebrææ linguæ ejus vim ex Græca terpretatione perſpiciebant: ſimulq; uantum ab Hebræo diſceſſerant 70. & ua parte reliquæ editiones præferendæ. ed cum opus magna difficultate & ſumtu, (ut Hieronymus præfat. in Joſuam otat) parari videret, aliam editionem o. interpretum adornare aggreſſus eſt: qua diſcrimina notarum indicabat, uid in Hebræo extaret, quid ex alijs interpretationibus adiectum, quid detraum. Adjecta appoſitis obeliſcis condit, detracta vero, aut ſi quæ Theodonis irrepſerant, aſteriſcis notavit. Diſrepantes lectiones variorum librorum onſenſu firmatas lemniſci ſigno, paucorū teſtimonio probatas hypolemniis indicavit. Hoc Origenis ſtudium ecuratè explicat & commēdat Epiphaius de ponder. & menſuris, & lib. 2. adverſus hæreſes hæreſi 64. Hieronymus utem præfat. in Paralip. *Origenes, inuit, non ſolum exemplaria compoſuit quatuor editionum, è regione ſingula verba de-*

scribens, ut mens dissentiens statim cæte inter se consentientibus arguatur: sed qu majoris audaciæ est, in editione 70. Theo tionis editionē miscuit, asteriscis designa quæ minus fuerant, & virgulis, quæ ex perfluo videbantur apposita. Sanè & al locis non valde probat hoc Originis st dium Hieronymus. Quæ vero notaru istarum effigies, quæ figuræ descripti docet Epiphanius. Vsum autem illaru veteribus Criticis multiplicem ac va um, ipsasque notas complures ex sac & profanis scriptoribus copiose explic vi Comment. de Polymath. cap. 17. S Lucianus quoq; Syrus presbyter, & dei de sub Maximino martyri coronat⁹ cu plurima adulterina sacris literis admi ta videret, ipsaq; vetustate & tempor iniuria multa deformata, multa etiã a hæreticis corrupta, revocavit illas a Hebraicæ veritatis censuram, & emen datas publicavit, ut Suidas & alij tradun Hesychius deinde Hierosolymitan presbiter pari industria idem opus s scepit: qui ut antea Lucianus eo inpr

m

iis conatus suos direxit, ut 70 interpre-
tationem ex Hebræo emendaret, & si
uæ vetustate aut hæreticorum malitia
epravata, integritati restitueret. Alij
einde sive studio sive æmulatione inci-
ti 70. interpretationem emendare vo-
ntes interpolarunt, dum sua aut aliena
btrudunt, quod in Apollinario repre-
endit Hieronymus. Præter has aliam
uandam fuisse suspicor, cujus Augusti-
us de civit. Dei lib. 18. ita meminit: *Sa-
ra eloquia transtulerunt, Aquila, Symma-
hus, Theodotio, sicut etiam est interpre-
atio illa cujus autor non apparet, & ob hoc
ine nomine interpretis quinta editio nun-
upatur.* Antiquam sane oportet, & usu
eceptam: nec tamen putarim illam
uintam in dolio repertam, quæ sive
ortu suo, sive quod in hexaplis quinta,
ta appellata est. Nam illa brevi nascen-
ibus alijs occidit. Verba Augustini Isi-
lorus Originum lib. 6. cap. 3. refert. *Fue-
unt*, inquit, *& alij interpretes, qui ex He-
æo in Græcũ sacra eloquia transtulerunt,
icut Aquila, Symmachus, & Theodotion:*

ſicut etiam vulgaris illa interpretatio, cuj
autor non apparet, quintam illam & vu
garem eandem ſtatuit. Sanè quæcunqu
hæc quinta ſit, non exiſtimo eam qu
Necopoli inventa, antiquàm tamen
frequenti uſu receptam, unde & Iſid
ro vulgaris, quod multis communis
vulgaris ejus uſus. Diverſam eam ab i
terpretatione 70. Hieronymus ad Su
niam tradit: *Sciatis*, inquit, *aliam eſſe ed*
tionem, quam Origines & Caſarienſis e
ſebius omneſq; Græci tractatores κοινὴν ap
pellant, aliam 70. interpretum, quæ in Exa
plis reperitur, & à nobis in latinum ſerm
nem verſa eſt. Nec attendendum quo
eadem Epiſt. dicit communem edition
ipſam eſſe, quæ & 70. nempè Græca
eoſdem enarrans libros: diverſa tamen
quia ut ipſe ſubnectit, pro locis & tem
poribus & voluntate ſcriptorum vete
rum corrupta. In illa etiam ſine dubi
hi libri, qui poſt 70. prodierunt Eccle
ſiaſticus & Maccabæorũ. In Daniele ſo
lam Theodotionis interpretationem
receperant, ut teſtatur Hieronymu

præ

præfat. in Josuam. Et Danielis prophetiã à 70 non conversam idem præfat. in Daniel. ait Tres autẽ istæ editiones Origenis, Luciani, & Hesychij passim in Ecclesiis receptæ; inprimis vero Luciani valde probata, adeo ut plerisq; septima appellata, & Græcis scriptoribus κοινὴς sive vulgaris. Et Hieronymi ætate à diligenti Luciani studio, quædam exemplaria scripturæ Λουκιάνεια vocata ipse in Luciano de scriptoribus Ecclesiast. scribit. Ideo autem haud dubie probata, quod à 70. non discessit, sed ijsdem vestigijs insistens, tota eadem, repudiatis tantum illis quæ in 70. alij depravarant. Etsi autem multis receptæ & probatæ hæ editiones, tamen eas universim & communi consensu Ecclesiæ non admiserunt, sed varia interpretatione passim usæ: quod & Hieronymus præfat. in Paralip. scribit: *Alexandria & Ægyptus in septuagĩnta suis Hesychium laudat autorem. Constantinopolis usq; Antiochiam Luciani Martyris exemplaria probat. Media inter has provincia Palæstinos codices legunt, quos*

ab Origine elaboratos Eusebius vulgaverat totusq; orbis hac inter se trifaria varietate compugnat. Quin imo κοινὴ illa, sive vulgaris in toto orbe diversa, ut idem Hieronymus præfat. Comment. in Esaiam tradit.

CAPVT XII.

Septuaginta interpretum versio varie ab hæreticis, Judæis & librarijs corrupta est. Rabbi Kimchi delirium de natura leonis. Christus in cruce clavis confixus. Locus Pauli ad Hebræos à Nestorianis interpolatus fœdè.

QVanquam vero Augustinus affirmet, septuaginta interpretationem, quasi sola esset correctissima, receptam, eâque uti Græcos populos Christianos, & eorum plerosq; utrum aliqua sit alia, ignorare, & ex ea interpretatione in latinam linguam translatum, quod Ecclesiæ latinæ tenent. Nemo autem tam effrictæ frontis, qui negare audeat septuaginta interpretatio-

ionem malitia hæreticorum & inge-
orum lascivia, ipsaq; adeo temporum
uria corruptam. & hoc potius cõmen-
tioni 70. datum, existimandum est,
m præter illã alias Ecclesiis cognitas &
eptas fuisse, abundè, ut arbitror, osten
& confusis Origenis notis, adeo corru-
i & depravatã, ut non sine causa Hiero-
mus scribat, sua ætate vix unicũ potu-
e reperiri exemplar, in quo pura & in-
ra 70. interpretatio, & præfat. in Pa-
ip. Si 70. interpretũ versio pura, & ut
ijs in Græcum versa permaneret, su-
rflue se laborare, inquit, ut Hebræa vo-
nina latino sermone transferret, etsi
em Hieronymus parum sibi constans
ist. ad Suniam, Origenis editionem
is puram affirmet. Qua autem ratione
ra scriptura corrupta, & quam miris
odis lancinata fuerit ante ætatem Hie-
nymi, ex ijs quæ adduximus cap. 10. ut
itror constat, maior tamen & longè
avïor ejus depravatio post Augustini
Hieronymi tempora, plurimis in eius
rniciem conspirantibus. Nam hæreti-

corum excrevit multitudo, & ingenii
sa doctorum imperitia maiori impu
dentia emersit: cui accessit incredibil
stupor librariorum: quorum omniu
conatu ut pestilenti sidere afflata au
planè occubuit, aut sani coloris esse no
potuit. certè plurima luxata aut malè i
ea affecta cum gemitu agnoscimus. Va
rijs autem modis corrupta fuit scriptur
sacra. Aut enim Iudæi odio nostri vas pu
rum incrustarunt: aut hæretici nefand
audacia ad sensus suos omnia converte
runt: aut denique imperitia & stupor li
brariorū plurimos errores invexit. [a] D
Iudæis res nota est: *invident nobis*, inqui
Augustinus, de civit. Dei lib. 15. cap. 1
*quod lex & prophetæ interpretando ad no
transierunt, inde mutarunt quædam in co
dicibus suis, ut in nostris impediretur auto
ritas.* Iustinus Martyr dialogo cum
Tryphone Judæo, multis locis ostendi
Iudæos scripturæ verba invertisse, &
mutilasse, ut vaticinia de Christo tol
lerent. Ita cum apud Esaiam 7o. verte
runt: ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, κα
τέξετα

[a] Vide Tertullian. de habitu muliebri cap. 3. Originem contra Celsum Chrysost. in Matthæum homil. 9. & 1. ad Corinth. 4. homil. 5.

πέξεται γὰρ. negabant Judæi ita legi, sed extare in ipsorum libris ἰδὲ ἡ νεᾶνις ἐν γαστρὶ λήψεται. & eodem dialogo ostendit Judæorum magistros non assentiri 70. sed interpretari velle scripturam suo modo: plurimaque & integra scripturæ loca penitus sustuliſſe, in quibus aperte Christum crucifixum, Deum & hominem esse, & mori debere prædictũ erat. Subjungit deinde plurima loca ab ipsis sublata, ut Esdræ de lege. Vide Tertullianum contra Marcionem libr. 3. cap. 19. Lactantium lib. 4. cap. 18. In Psalmo 45. ubi legitur: ὁ κύριος ἐβασίλευσεν ἀπὸ τοῦ ξύλου, abstulerunt verba illa ἀπὸ τοῦ ξύλου. Sed non tam Græcis quam Hæbræis impuras manus admoverunt. Sane incredibili versutia pleraque sacræ scripturæ Iudaici magistri depravarunt, quod eruditi viri magna diligentía ostendere conati sunt. Multa vero etiam ante Christum natũ ex scriptura sustulerunt, quæ absurda ijs visa & gentibus, ipsorum opinione, ludibrio futura, quibus & istiusmodi communicare nefas putabant.

Adde quod timerent etiam suos istiusmodi cum risu excepturos, simpliciores vero cum scandalo & offensione. Triplicem autem modum statuunt eruditi quibus Iudæorum scribæ seu sapientes prophetarum oracula depravare aggressi. Nam aut literarum mutatione sensum inverterunt: aut punctorum annotatione diversam à scriptura lectionem induxerunt, unde & sensus planè diversus: aut deniq; aliud in textu, aliud margini apposuerunt, atq; illud quod in margine *Cheri, id est, legendum, quod in textu Chetib,* id est, *scribendum* vocarunt. Vnde sæpè illud ex margine in textũ irrepsit, aut ipsi obtruserunt. Cuiusmodi corruptelæ infinita exempla proponit Petrus Galatinus de arcanis Catholicæ veritatis libr. 1. cap. 8. Observatione dignum illud Psalmo 22. *Circumdederunt me canes multi, consilium malignantium obsedit me. Foderunt manus meas & pedes.* 70. ὤρυξαν πόδας μου καὶ χεῖρας. ex Hebræo כָּרוּ, id est foderunt, quomodo & Tertullianus vertit, Aquila malitiosè, ut videtur

detur ὤρυξαν *confuderunt*. At Iudæorum ſcribæ pro iſto *cara* repoſuerunt כַּאֲרִי ſicut leo, qua lectione myſterium paſſionis Chriſti, quod iſtis verbis comprehendi credimus, planè ſublatum. Quærunt eruditi quomodo hæc lectio irrepſit. Galatinus ad tertium corruptelæ modum refert. Sunt qui exiſtiment Iudæos ita refinxiſſe locum, quô Chriſtiani adverſus illos uſi, ut paſſione Chriſti vaticinium impletum oſtenderent. Alij inſpiratione Spiritus ſancti vocē à Propheta poſitam aiunt, qua tacito inſtinctu præfinitus numerus annorum, quo Chriſtus cruci affigendus: nempe anno 230. poſtquam pſalmus iſte à Propheta ſcriptus. Alij à Judæis ex margine ſublatam vocem textui inſertam, ſive imperitia, ſive quod parum intereſſe arbitrarentur, quæ lectio prodiret. Mirū tamen illud genus loquendi & imperfectum ut appellant. Supplenda enim oratio verbo, obſidēdi aut circūdandi. Veluti: *ſicut eo circumdederūt manus meas & pedes*. At vero qua abſurditate pedes poſt & manus,

quam

quam totum corpus manifestæ ἀτιμίας, nisi recipiamus cõmentũ plane ridiculũ Rabbi Kimchi. Leonem scribit, cum venatur circulum cauda ducere, ad cujus conspectũ feræ tanto terrore corripiuntur, ut quasi pedibus vinctis inde egredi nequeant, & exspectent circulo inclusi, ut à leone devorentur. Ita populum Iudæorũ exilio ut circulo contineri inclusum, unde elabi non possit. Nam de populo Iudæorum vaticinium Davidis intelligit. Quod ut falsum & absurdum, ita de leonis circulo fictum & commentitium. Alij Judæorum Christianos accusant, quasi in fraudem veteris scripturæ ipsi excogitarint כָּרוּ id est, ὤρυξαν. Quatuor supplicia Iudæis usitata aiunt, lapidationem, ignem, ferrum & laqueum. Ex præscripto legis Mosaicæ neminem clavis[b] configi in cruce: sed blasphemum suspendi, & iam lapidib. necatum. Nam postquam lapidaverant, stipitem ex quo lignum protensum in terram demittebant: junctis deinde manibus ad occasum suspensum, & paulo post solutum

[b] Vide Casaubonũ exercit. xvi. fol. 610. contra Baronium, ubi docte de supplicio crucis disputat.

tum simul cum ligno è quo suspensus sepeliebant. Imperitis speciosè hæc proponuntur. Neque enim negari potest ex lege Moisis neminem clavis figi in cruce; sed quis ignorat condemnandi potestatem Iudæis ademptam: unde in historia passionis clamore testantur: *Non licere sibi quenquam occidere.* Hoc ergo supplicij genus, ut pleraque alia à Romanis inductum, qui more patrio & recepto vivos tollebant in crucem, & clavis affigebant. Iussu Romani præsidis, more Romano Christus crucis supplicio affectus. Rectè ergo de hoc Christi supplicio vaticinatus propheta: ὤρυξαν πόδας μοῦ καὶ χεῖράς. Quare haud dubiè à Davide scriptum fuit, *foderunt*, sed annotatum à Masoretis legi vulgo: sicut leo, propter affinitatē literarum *jod & vau.* Alterū igitur sublatum, in ejusq; locum è margine obrepsit: *sicut leo.* quod Iudæi suffragio suo facilè juvarunt, ut mysterium crucis penitus abolerent, aut obscuritate involverent. Atq; hoc ideo à me in medium productum, ut harum

rerum

rerum incurioſi videant, quam acerrimos hoſtes fidei habeamus Iudæos, quibus inſidijs petant, quam ſubdola calliditate ſcripturã depravare annitantur: quam ſpecioſè corruptelę ſuæ tegumenta obducant. De hæreticis res vulgata, ut harpiæ in menſis Phinei

Omnia contingunt, cõtactuq; omnia fœdant
Immundo.

Impudenti ſane licentia ſcripturam corrumpere conati ſunt, eamque mutilare, & opinioni ſuæ quovis modo defenſionem quærere, veterum Eccleſiæ doctorum monumenta ſatis docent. Theophylactus illa D. Pauli Epiſt. ad Hebræos cap. 2. ὅπως χάριτι θεοῦ ὑπὲρ παντὸς γεύσηται θανάτου. Neſtorianos depravaſſe, & ita legiſſe ſcribit: ὅπως χωρὶς θεοῦ, ut dogma ſuum ſtabilirent, quo aſſerebant in Chriſto crucifixo non fuiſſe verã divinitatẽ, ut quæ ſecundũ ſubſtantiã ei unita non fuerit, ſed ſecundũ habitum. Idem Ephiphanius adverſus hæreſes paſſim tradit. & Ambroſius de fide ad Gratianũ libr. 5. cap. 8. Origines in 5. ad Romam.

Theo-

Theodoretus libr. 2. de Hæresibus. Tertullianus lib. 5. adversus Marcionē: *Erubescat*, inquit, *spongia Marcionis. Delebat enim in scriptura quæ eius opinioni non favebant.* Vnde eodem libro: *foveas ipsum feciſſe in epiſtola, auferendo quæ voluerat* ait. Librariorum denique imperitiam & negligentiam veteres Christiani plurimis locis accusant: ut Comment. de Polymathia cap. 18. abundè ostendi, & passim in veterum Ecclesiæ scriptorum libris observare licet. Atque illi quidem omnes quasi facta coniuratione sacram scripturam depravarunt: quibus sponte incitatis signum dedit lascivia ingeniorum, quæ falsa scientiæ ostentatione eò temeritatis procedere sustinuerunt, ut nihil penè relictum, quod acumine suo non sollicitarint. Cum igitur tam multi ad eundem offenderent lapidem, abesse non potuit, quin scriptura multis locis luxata, & omni parte mendosa prodiret: imprimis vero septuaginta interpretatio tam fœdè inquinata, ut ipsi autores suam non

agno-

agnoscerent. Hinc natæ tot lectionum varietates penitus inter se discrepantes, quas in vetustissimis scholijs notatas videmus, & ipsorum exemplarium etiam antiquissimorum dissensus, ut vel summa ingenia sine metu naufragij hæc vada & syrtes transire non possint.

CAPVT XIII.

Omnes hæreticos passim pro libitu depravasse LXX. versionem. Interpretationem Italicam maxime commendat Augustinus. Vulgata Latina editio integra non pervenit ad nos.

SI igitur septuaginta interpretatio omni destituta nitore fœdè maculata prodijt, non minus corruptam oportuit Latinam, quæ ex illa nata est. Illud enim Augustinus de Civit. Dei lib. 17. scribit. *Ex hac*, inquit, *70. interpretatione etiam in latinam linguam interpretatum est, quod Ecclesiæ latinæ tenent* Sane Hieronymus præfat. in Iosuam,

uam, apud latinos tot fuisse exemplaia, quot codices: & unumquemque ro suo arbitrio vel addidisse vel subtraisse, quod ei visum sit. & epist. ad Pauinum: scripturarum artem (ita enim ppellat) omnes sibi vindicare, universos præsumere & lacerare. & Augustius de doctrina Christiana lib. 2. cap. 11. ex eo Isodorus de officijs Ecclesiastis libr. 5. cuius hæc verba: *Latinorum interpretum, qui ex Græco in latinum eloquium transtulerunt, infinitus est numerus. cui,* inquit, *Augustinus primis fidei temporib. ad manus venit codex græcus, atq; aliquantulũ sibi adesse utriusq; linguæ facultatem sensit, ausus est statim interpretari. inde immunerabiles apud latinos extiterunt interpretationes.* Inter varias hasce interpretationes Augustinus commendat Italicam, quia verborum tenacior, cum perspicuitate sententiæ. Italicam vero, quod Ecclesiæ Italicæ ea uterẽtur appellat. Eandẽ puto intelligit lib. 17. de civit. Dei, quam ex septuaginta conversam Ecclesias latinas tenere ait, unde & Hie-

ronymo Comment. in Esaiam cap. 4
cap.26. Epistola ad Pammachium. & O
rosio Apologia de libero arbitrio cap. 5
vulgata. Nam ut illa communiter rece
pta apud græcos κοινὴν, & Isodoro vulgata
quod vulgaris eius usus & multis rece
pta: ab eadem causa & hæc latinis vulga
ta. *Veterem* vocat Gregorius præfat. Mo
ralium, comparatione ut arbitror inter
pretationis Hieronymi, quam simil
modo respectu huius editionis novam
appellavit. *Novam translationem* inquit
*differo, sed ubi comprobationē causa exigit
nunc novam nunc veterem per testimonia
assumo*. Hac igitur Italæ Ecclesiæ uteban
tur, nec ea tamen ubique uniformi. Sed
vulgaris illa sive vetus editio integra ad
nos non pervenit. Psalterium, ut al
Hieronymo emendatum, ex vulgata re
mansit. Vnde & distinctum ab eo, quod
Hieronymus Epist. ad Sophronium ex
Hebræo se convertisse scribit, & inte
opera eius reperitur. Similiter distincti
à veteri & Romano, quod ex septuagin
ta aut Exaplis Origenis translatum, cu

iu

ius idem Hieronymus Epist. ad Suniam & Fretellam mentionem facit. Ex eadem vulgata ad nos promanavit *prophetia Baruch, & partes aliquot Esther & Danielis.* Sapientiæ & Ecclesiasticæ interpretatio, quæ extat antiqua est: quemadmodū & Maccabæorū & tertius liber Esdræ. Tertullianus sanè & Cyprianus, Augustin⁹, Lucifer Calaritanus & alij ea usi sunt: etsi Augustinus meliorē & emendatiorē editionē habuisse videatur. Esdræ libri quarti antiqua est translatio, ut constat ex iis, quæ Ambrosius ex eo producit. Hieronymus quidem præfat. in Esdram tertium & quartum somnia existimat. In septuaginta tamen interpretatione extitisse exeodē Hieronymo colligi posse videtur. Græco sermone invulgatā fuisse ex eo, quod Clemens Alexandrinus Stromatum 3. & quarto laudat, manifestum est. Hanc autem vulgatam variorum librorum interpretationem non ab uno autore profluxisse, diversum dicendi genus indicat. Nam Ecclesiastici interpretatio antiquiora

immiſcet vocabula, ut cap. 23. *animo irre-*
verenti & infrunito ne tradas me Domin
ψυχῇ ἀνοήτῳ *animo infrunito* : & vete-
ris eruditionis plura indicia refert, quã
illa altera, quæ terſa magis & elegantior

CAPVT XIV.

Hieronymus vetus teſtamentum ver-
tit ex Hebræo appoſitis ſignis & obelis. Ex
eius interpretatione totam nos ſcripturam
ferè habere.

[a] Bellarm. de verbo Dei lib. 2. cap. 11 x. & 1x.

RElíquos ſacræ ſcripturæ libros Hieronymus ex[a] Hebræo vertit, aut ab alijs converſos emẽdavit, ut Auguſtinus de civit. Dei libr. 18. & ex eo Iſidorus libr. 6. Originum cap. 2. de Eccleſiaſt. officijs lib. 3. cap. 13. refert. Vetus autem teſtamentũ ex Hebræo in latinam linguam tranſtulit appoſitis notarum ſignis, obelis & aſteriſcis. Præfat. in Iobum meminit ſuæ translationis, quam ſub aſteriſcis & obelis ediderat: quibus qua ratione uſus, ipſe explicat.

Vbi

Vbi virgulas videritis, ait, *sciatis, ea quæ subjecta sunt, in Hebraicis non haberi. ubi stella præfulserit, ex Hebræo è nostro sermone addita sunt.* quæ ferè præfat. in Psalterium repetit. Præfat. in Paralipom. *Memini*, inquit, *editionem 70. olim de græco emendatam tribuisse me nostris.* Passim autem mentionem suarum editionum facit epist. ad Augustinum & 1. in Rufinum. Psalteriũ ex Hebræo, ut ex Epist. ad Sophronium apparet, & ex editione septuaginta transtulit. idque bis emendasse se testatur Epist. ad Suniam & Fretellam. Romæ positus cursim quidem, sed magna ex parte, ut præfat. in Psalterium scribit, & in Bethlemitico secessu. Novi Testamenti interpretationem antiquam & vulgatam, ac præsertim 4. Evangelistarum iussu Damasi Papæ, collatione veterum græcorum codicum, emendavit: in quo ita calamo se temperasse scribit præfat. ad Damasum, ut his tantum quæ sensum videbantur mutare correctis, reliqua manere paterentur ut fuerant. Ideo Epist. ad Augu-

ſtimum *emendationem* Novi Teſtamen
appellat. Unde & quædam reliquiſſe
ait, quæ tamen emendanda putabat, n
nimis multa mutaſſe videretur. Quod a
lios Novi Teſtamenti libros attinet, u
acta Apoſtolorum Pauli & alias Canon
cas epiſtolas, non puto nos habere e
Hieronymi emendatione. Nam com
ment. in Eſaiam & Epiſt. ad Evagriu
nonnulla ex iis longe aliter produci
quam in vulgata [b] editione leguntu
Quamobrem in his libris aut veteri in
terpretatione, aut ab autore relicta, au
aliis emendata, utimur. Totam igitu
ſacram ſcripturam latinè converſam ha
bemus partim incerto & incognito au
tore, partim ab Hieronymo ad Hæ-
bræam veritatem, aut ab eo-
dem emenda-
tam.

b Vide Bellarminū de verbo Dei lib. 2 cap. VII.

INDEX CAPITVM.

CAPVT I.

IVdæis Hebraica lingua vernacula. Ea concepta ferè tota sacra scriptura in varias linguas conversa. Historica narratio interpretationis 70. cur interpretatio 70. appellata, cum 72. interpretes.

CAPVT II.

De auctoribus huius historiæ, & qua fide ab ijs tradita, disquisitum. Aristeæ auctoritas elevata. Iudæorum vanitas in extollendis gentis suæ rebus gestis. Cur veteres Ecclesiæ doctores narrationi Aristeæ tam facilè assenserint. Detecta credulitatis causa. Hellenistæ. Ab illis plurima conficta,

ut auctoritatem interpretationi 70. conciliarent.

CAPUT III.

Collectæ descrepantes aliquot veterum opiniones, & plurima veritati repugnantia in medium productæ. Error Irenæi qui interpretationem 70. à Ptolemæo Lagide institutam refert. ἀνισορησία Justini Martyris. Ptolomæum Philadelphum interpretationem 70. curasse, communi consensu & verè obtinuit. Disputatum adversus omnes Ecclesiasticos scriptores, qui tradunt Demetrium Phalereum bibliothecæ Ptolomæi præfectũ. Demetrij Phalerei res gestæ & potentia in republicâ Athenensi. Eiusdem exilium, & quo genere mortis exstinctus sit. Ptolomæo Philadelpho vehementer exosus, & quæ odij causa.

Tertul-

Tertullianus Grammaticorum probatissimus. Quæsita eius elogij ratio.

CAPUT IV.

Ostensa vanitas eius opinionis, quæ senes ex singulis tribubus Demetrium petijsse affirmat. Epistolæ quæ ad Judæos scriptæ finguntur, apud diversos authores diversæ. Absurdè traditum Ptolomæum jussisse diris devoverent, quisquis interpretationem adulteraſſet. Execrationes nunquam adhibitæ, nisi extrema postularet necessitas.

CAPUT V.

An cellulis singuli interpretes inclusi. Variantes veterum super hac re opiniones. Quomodo intelligendum quod Philo tradit Alexandriæ Judæos solemni festivitate quotannis convenire solitos in loco isto ubi 70. interpretatio confecta.

CAPVT VI.

Auctoritas interpretationis septuaginta ducta ex testimonijs scriptorum Ecclesiasticorum qui consensum interpretũ statuunt. veteres Ecclesiæ doctores adversus hæreticos & gentes eam usi. publice in Synagogis Judæorũ proposita. Tertullianus emendatus.

CAPVT VII.

Conciliata auctoritas translationi 70. à peritiâ interpretum & libris incorruptis quibus usi. Dirimta dissensio, an ijs quos attulerunt libris, an vero quos Eleazarus præmiserat, usi sint.

CAPVT IIX.

Alia autoritatis argumenta, à tempore quo peracta hæc translatio: & autoribus, qui eam curarunt.

CAPVT

CAPVT IX.

Libros Mosis ante hanc septuaginta interpretationem Græcè conversos fuisse. hac vero interpretatione non tantum Mosis libros, sed totam scripturam Græcè translatam, pluribus ostensum. simulq; explosa diversa eensentium opinio.

CAPVT X.

Septuaginta interpretes multa in veteribus editionibus interpolarunt, multa de suis addiderunt.

CAPVT XI.

Post Christi adventum variæ factæ interpretationes libr. sacrorum. Aquila Synopæus, Symmachus Samaritanus, Theodotion interpretatores bibliorum. Editio quinta & sexta. Origenis, Luciani, Hesychij studium

dium in corrigendis bibliis. Vulgata editio incerti autoris est.

CAPUT XII.

Septuaginta interpretum versio variè ab hæreticis Judæis & librarijs corrupta. Rabbi Kimchi delirium de natura leonis. Christus in cruce clavis confixus. Locus Pauli ad Hebræos à Nestorianis fœde interpolatus.

CAPUT XIII.

Omnes hæreticos passim pro libitu depravisse LXX. versionem. Interpretationem Italicam maxime commendat Augustinus. Vulgata latina editio integra non pervenit ad nos.

CAPUT

CAPUT XIV.

Hieronymus vetus teſtamentum vertit ex Hebræo appoſitis ſignis & obelis. Ex eius interpretatione totam nos ſacram ſcripturam fere habere.

ERRATA

ERRATA.

Pag. 14. versu 17. lege, *prophetia*. 16. 5. *quod verè conciliare*. Locus mendosus, quem ex corruptissimo exemplari persanare non potui, ideoque intactum dimisi. 22. 24. χαλδαϊστὶ. 43. 10. διαρᾴσασθαι 47. 3. post τὸ *audivimus*, adde *commemoramus*. cætera dispunge 48. 13. in 54. 12. ὑποβολέως. 55. 9. *experimentum*. 59. 5. *sensu*. ibidem 10. *sive*. 16. post *legerent* dele comma. 62. 10. *cum vero ipsis usus nullo libri isti esse poterant, quippe* p. *idiomate* c. 68. 22. νομοθεσίας. Deinde latina verba ita constituenda. *Ante D. 1. priusquam 1. p. A. e. P. u. fuerant & quæ ab Hebræis nostris gesta fuerant, in exitu ex Ægypto & quacunq; eis insignia facta erant & apparuerant, & regionis per vim quæsita possessio & omnium quæ lata sunt legum descriptio* 73. 3. *legem* 47. 6. *disputatione* 79. 19. *fere*.

Duke University Libraries
D00799359%

Div.S. 220.47 W938S

Wowern

Syntagma de Graeca et Latina

DATE | ISSUED TO

DUKE-LSC
D00799359%